cacionis eius tpa designantur.

Quia aut gētilitas colligē
da erat: et iudea p culpa pfi

die dispōgēda: ipa q̄q̄ descri
ptio tēni pncipat⁹ ondit⁹
qm̄ et in romana republica
vnus p̄fuisse describit⁹: et i
udee regno p q̄rtā partē plu
rimi pncipabāt. Et hoc etem
nri redeptor⁹ dicit. **Om̄ie re
gnū i seipz diuisū desolabit⁹**
**Liqt̄ q̄ ad finem regni iu
dea puenerat: q̄ tot regib⁹
diuisa subiacebat.** **Ap̄te**
q̄q̄ nō solū q̄b⁹ regib⁹ s⁹ q̄b⁹
etiā sacerdotib⁹ actū sit de
mōstrat⁹: vt qz illuz iohānes
baptista predicaret q̄ simul
rex et sacerdos existeret: lu
cas euāgelista pdicationis
eius tpa p regnū et sacerdo
tium designaret. **Lectio. iij.**

Et venit i oēs regionē
iordanis: pdicans ba
ptismū pnie in remissionem
peccōz. **Lūct⁹ legētib⁹ liqt̄**
qz iohēs baptismū pnie non
solū pdicauit: verū etiā q̄bus
dā dedit: s⁹ tñ baptismū suū
remissionē peccōz dare nō po
tuit. Remissio etem peccōz i
solo nob⁹ baptisate xp̄i tri
buit. Notādū itaqz qd̄ dicit
pdicās baptismū pnie in re
missionē peccōz: qm̄ baptis
mū qd̄ pctā solueret: qz da
re nō poterat pdicabat: vt si
cut icarnatū huiusmodi p̄cur
rebat: hō pdicacionis: ita ba

ptismū pnie q̄ pctā soluit p̄
curreret suo baptismate: q̄
pctā solui nō possunt: vt qz
ei⁹ mo p̄curreret p̄ntiaz re-
dēptoz: ip̄s q̄qz ei⁹ baptisma
pcedēdo hieretvmbra vitat⁹

Ad bñ. 3. Disvall' i plebit
z ois mōs z col' hūilia bit: z
videbit ois caro salutare di

Deus q̄ sp̄ic⁹ qz: **oz.**
ex nra p̄auitate affli-
gimur: p̄cede p̄ptius: vt ex
tua visitatōe p̄solemur. Et
fa⁹ Qui vi. **C. Do. iij. aduē.**
dñi. Ad. i. vs. ff. pos. In. Re.
gnū tuū. 10. C. ad p̄t. iij.



Audete i dño sēp
iterū dico gaude-
te: modestia v̄ra
nota sit oib⁹ hoib⁹
dñs p̄pe ē. **R.** Nō auferet.
vt infra. 4. h. 7. r. 5. r. 8. Ad
mag. 1. c. 1. Sapiētia. Or.

Accita dñe potētiam
tuā z veni z magna no-
bis s̄tute succurre: vt p̄ au-
xilū grē tue qd̄ nra pctā p̄-
pediūt: idulgētia tue p̄ptia
tōis acceleret. Et fa⁹ Qui
vi. **Imi. Vigilate aio. In. p.**
ximo ē dñs de⁹ nri. 5. Venite
h. 7. r. 2. an. ps. 2. 5. vt i p̄cedē-
ti vo. R. 1. Canite tuba i s̄io
vocate gētes ānūciate po-
pulis z dicite. Ecce de⁹ sal-
uator: nri adueniet. **5. Annū-**

ciate i hñsb⁹ tre z i isur⁹ q̄ p
cul sūt dicite. Ecce d. **R. 4.**
Nō auferet sceptrū de iuda
et dux de femore ei⁹ donec
veniat q̄ mittēdus ē. Et ip̄e
erit expectatio gētium. **7.**

Dulchiores sūt ocli ei⁹ vt:
no z dētes ei⁹ lacte cādidio
res. Et. **R. iij.** Ecce dñs in
fortitud levēiet. Et brachiū
ei⁹ dñiabit. **7.** Ecce merces
ei⁹ cū eo z op⁹ illi⁹ corā illo.

Et. **R. iij.** Nō oportet mi-
nui illū s̄t crescē q̄ p⁹ meve-
nit añ me fact⁹ ē. Cui⁹ nō s̄t
dign⁹ corrigiam calciamētū
ei⁹ soluē. **7.** Ego baptizo vos
aq̄: ille autē baptizabit vos
sp̄sctō. Cui⁹ non. **C. In. ij.**

noc. R. v. Virgo isrl' reuertē
i ciuitates tuas vsq̄ dolēs
auerter⁹ Bñab⁹ dñz saluato
rē oblationē nouā i fra: ābu-
labūt hoies i saluatiōez. **7.**

In charitate p̄petua dilexi
te ideo atraxi te miserans.
Bñab⁹. **R. vi.** Iurauit dicit
dñs vt ultra tā nō irascar su-
per frā: mōtes ei⁹ z colles su-
scipiēt iustitiā meā. Et testa-
mētū paciferi i hierl⁹. **7.** Iu-
rta ē sal⁹ me avt veniat z iu-
stitia me avt reuelet. Et te.

R. vii. Nō discedim⁹ a te: v-
uificabis nos dñe z nomen
tuū iuocabim⁹. Dñe nob⁹

faciē tuā et salui erim⁹. **Ps.**
 Dñe de⁹ tutū puer̄te nos.
Ps. viii. Inuenim⁹
 quā⁹ sit iste q̄ igredit⁹ ad sal
 uādas gētes: ip̄e est rex iu
 stitie. **Lui⁹** gnatio nō habet
 finē. **Ps.** Precursor pro nobis
 igredit⁹ secūdu ordinē mel
 chisedech pōtifer fact⁹ est
 in etnū. **Lui⁹.** **In. iij. noc.**
Re. ix. Horate celi desuper ⁊
 nubes pluāt iustū. Aperiat
 terra et germinet saluatorē
 ⁊ Emitte agnū dñe dñato
 rē terre de petra deserti ad
 montē filie sion. Aperiat⁹
Re. x. Cōfortamini et iā noli
 te timere: ecce deus nū cito
 veniet. Et saluos nos faciet
Ps. Quis stella ex iacob ⁊ cō
 surget homo de isrl. Et sal.
Re. xi. Festina ne tardaueris
 dñe. Et libera populū tuuz
Ps. Veni dñe et noli tarda
 re relaxa facinora pleb⁹ tue
 Et li. **Re. xii.** Nasces nobis
 puulus et vocabit⁹ deus for
 tis: ip̄e sedebit super thronū
 dauid patris sui ⁊ ip̄erabit
 Lui⁹ potestas sup humeruz
 ei⁹. **Ps.** Multiplicabit⁹ ei⁹ im
 peritū et pacis nō erit finis.
Lui⁹ po. **Lec. i. esa. lxxij. cō.**
Miserationum dñi re
 cordabor ⁊ laudē dñi
 sup oib⁹ q̄ reddidit nob⁹ dñs

⁊ sup mltitudine bonoz do
 mus israhel: q̄ largit⁹ est eis
 scōm indulgētiā suā: et scōm
 multitudinē miarū suarum
 Et dixit. Verūtāme ppl⁹ us
 me⁹ est: fili⁹ non negātes. Et
 fact⁹ ē eis saluator. **In** oi
 tribulatiōe eoz nō est tribu
 lat⁹: ⁊ āgel⁹ faciet ei⁹ salua
 uit eos. **In** dilectiōe sua et
 i indulgētia sua ip̄e redemit
 eos. Et portauit eos: ⁊ leua
 uit eos cunct⁹ dieb⁹ sc̄li. Ip̄e
 autē ad iracūdiam puocauit
 rūt: ⁊ afflixerit sp̄m sc̄ti eius.
 Et cōuert⁹ est eis i inimic⁹:
 ⁊ ip̄e debellauit eos. Et re
 cordatus est dierum seculi:
 moȳsi et populi sui. **Lec. ii.**

Ubi ē q̄ eduxit eos de
 mari cū pastorib⁹ gre
 gis sui: **U**bi est q̄ posuit in
 medio ei⁹ spiritū sancti sui:
Qui eduxit ad dextaz moy
 sen in brachio maiestas sue:
 qui scidit aquas an eos: vt
 faceret sibi nomē sempitēnū
Qui eduxit eos per aby
 sos quasi equum in deserto
 nō impigētē: quasi aīal in
 cāpū descendēs. Sp̄s dñi
 ductor ei⁹ fuit. Sic adduxi
 si populū tuuz: vt faceres
 tibi nomē gl̄ie. **Tu autē. Ps. iij.**

Atende de celo: ⁊ vi
 de de habitaculo scō

tuo et de solio glie tue. Ubi est zelus tuus et fortitudo tua? Multitudo viscerum tuorum et miserationum tuarum super me continuerunt se. Tu enim pater noster et abraham nesciuit nos: et israel ignorauit nos.

Tu dñe pater noster redemptor noster a seculo nomen tuum. Quare errare fecisti nos domine de visis tuis indurasti cor nostrum ne timeremus te. Conuertere propitius suos tuos: tribus hereditatis tue. *Tu. sc. iiii.*

Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri: contulerunt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi in principio cum non dñareremur: neque inuocarem nomen tuum super nos. **U**tinam dirumperes celos et descenderes a facie tue motes de fluerent sicut exustio ignis tabesceret atque arderet igni ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: a facie tua gētes turbarent. Cum feceris mirabilia non sustinebimus. Descende distans a facie tua motes de fluxerunt. *Tu autē. Lec. v.*

Seculo non audierunt neque auribus preceperunt. Oculus non uidit deus absque te: quod preparasti expectantibus te. Occurristi letanti et facie

ti iustitia. In visis tuis recedant tui. Ecce tu iras et peccauimus in ipsis finibus semper et saluabimur. Et facti sumus ut imundi omnes nos et quasi panem menstruatum uerise iustitie nostre. Et cecidimus quasi folium uniuersi et iniquitates nostre quasi uentus abtulērunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum qui consurgat et timeat te. Abscondisti faciem tuam a nobis et alluisti nos in manu iniquitatis nostre. *Lec. vi.*

Nunc domine pater noster es tu: nos uero lutum et fictor noster: et opera manuum tuarum omnes nos. Ne tras carum domine satius et ne ultra memieris iniquitatis nostre. Ecce respice: populus tuus omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta: sion deserta facta est. Hierusalem desolata: domus sanctificationis nostre et glie nostre: facta est in exustione ignis et omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Num quid super his continebis tu domine: tacebis et affliges nos uehementer? *Lectio. vii.*

Quesierunt me quod annus non interrogabat inuenierunt quod non quiescit me. Dixi. Ecce ego: ecce ego ad gentem quam

nō innocabat nomen meum.
 Expādi manus meas tota
 die ad pplm incredulū? qui
 gradit̄ i via nō bona post co
 gitatiōes suas. Populus q̄
 ad iracūdiā puocat me āre
 faciē meā semp? q̄ imolāt in
 hortis: et sacrificāt super la
 teres: qui habitant in sepul
 chris ⁊ in delubris idolorū
 dormiūt: qui comedunt car
 nē suillā et tus pphanū iua
 sis eoz? qui dicunt recede a
 me: nō appropinques mihi
 q̄a imund⁹ es: isti fum⁹ erūt
 i furore meo? ignis ardens
 tota die. **LECTIO OCTAUA.**

Ecce scriptū est coraz
 me. Nō tacebo? s; red
 dā ⁊ retribuā i sinu eoz iniq̄
 tates vestras et iniquitates
 patrū vestrozum simul dicit
 dñs: q̄ sacrificauerūt super
 mōtes et sup colles expro
 briauerūt mihi: et remettiar
 opus eozū p̄mū in sinu eo
 rū. Hec dicit dñs. Quomo
 do si inueniat granū in bo
 tro et dicat ne dissipēs illū
 qm̄ benedictio est: sic faciāz
 propter seruos meos vt nō
 disperdā totū. Et educā de
 iacob semē: et de iuda possi
 dentē montes meos: et he
 reditabūt eam electi mei: ⁊
 sui mei habitabūt ibi. Et erūt

cāpestrā in caulas gregū?
 et vallīs achor in cubile ar
 mētozū populo meo qui re
 q̄sierūt me. **LIX. L. eccl̄i ep̄i
 gelis fecidū ioh̄nē. Cap. 1.**

In illo tpe? Misit in
 dei ab hierosolymis
 sacerdotes ⁊ leuitas ad io
 hānē: vt iterrogarēt eū. Tu
 quis es? Et res. **homel. be
 ati gregozij pape? de e. lec.**

Ex huius nobis lectionis
 v̄bis fratres charissimi io
 hānis humilitas cōmedat?
 qui cū tāte virtutis esset vt
 xp̄us credi potuisset: elegit
 solide subsistere i seme hūa:
 na opinioē rapere? inaniter
 super se. Nam cōfessus ē et
 nō negauit? cōfess⁹ est: quia
 nō sum ego xp̄s. **S**; q̄ di
 xit nō suz: negauit. Negauit
 plane quod nō erat: sed non
 negauit quod erat? vt verita
 tē loquēs et mēbruz fieret:
 cuius sibi nomē fallacit nō
 vsurparet. Cū ergo nō vult
 appetere nomē xp̄i fact⁹ est
 mēbrū xp̄i? quia dū infirmi
 tatē suā studuit humilit⁹ ag
 noscere: illius cel situdinem
 meruit veracit̄ obtinere. **LX**
Sed cū ex lectiōe alia
 redēptoz? nisi sn̄ia ad
 mētē reducit? ex hui⁹ nobis
 lectiōis v̄bis q̄stio valde im

plexa gñaf. Alio q̄ppe i lo-
co inq̄rit a discipulis dñs
de aduentu helie respōdit.
Helias iam venit: et non co-
gnouerūt eū: sed fecerūt in
eo q̄cūq; voluerūt. Et si vul-
tis scire iohēs ipse est heli-
as. Requisit̄ autē iohēs di-
cit. Non sū helias. **¶** Quid
est hoc fr̄es charissimi? **¶** Quid
q̄ d̄itas affirmat hoc p̄o-
pheta veritatis negat. Val-
de nāq; int̄ se diuersa sunt:
ipse est: et nō sum. Quō ḡ p̄-
pheta d̄itatis ē: si elusidē d̄i-
tatis s̄monib; p̄cor̄ nō est:
S; si subtilit̄ d̄itas ip̄a req̄-
rat: hoc q̄d p̄trariuz sonuit/
quō p̄trariū nō sit inuēit. **L. xi.**

Ad zacharias nāq; de
iohānis p̄missiōe an-
gelus dicit. Ipse p̄cedet aē
illū in spū et virtute helie/
qui idcirco v̄etur i spū et virtute
helie dicit: q; sic helias se-
cundū dñi aduentū p̄ueniet:
ita iohānes p̄uenit primū
Sicut ille p̄cursor ventu-
rus est iudicis: ita iste p̄cur-
sor factus est redemptoris.
Iohannes ḡtē in spū heli-
as erat: in p̄sona helias non
erat. Quod ergo dñs fatef
de spū hoc iohannes dene-
gat de p̄sona: quia et iustum
fic erat vt et discipulis dñs

sp̄ritualē de iohāne sententiā
diceret: et iohannes h̄i dem
turbis carnalib; non de suo
spū sed de corpore respōde-
ret. Cōtrariū ergo veritati
videt esse quod iohānes so-
nuit: sed tñ a veritatis tra-
mite non recessit. Qui cū se
etiā p̄phetā negauit q̄ vides
licet non solum poterat re-
dēptorē p̄dicē: s; etiā demō-
strare: q̄nā sit p̄tinuo exp̄t
mit cū subiungit. Ego vox
clamātis i deserto. **L. xi.**

Satis fr̄es charissimi
quingent; filius ver-
bū p̄ris vocat iohanne at te
stare q̄ ait. In p̄ncipio erat
verbū: et v̄bū erat apud de-
um: et de; erat v̄bū. Et ex ip-
sa v̄sa locutiōe cognoscitis:
q; p̄rius vox sonat: vt verbū
postmodū possit audiri. Ioh-
hānes ergo vocē se esse asse-
rit: q; verbū p̄cedit. Aduen-
tū itaq; dñicuz p̄currēs vox
dicit: q; per ei; ministerium
p̄ris verba ab hoib; audif.
Qui etiā i deserto clamat:
q; derelictē ac destitute tu-
dee solatiū redēptor; annū-
ciat. **Tu. S. e. u. s. p. s. i. o. c. i.**

In illo tpe. v̄dēst in
dei ab hierosolymis
sacerdotes et leuitas ad so-
hāne: vt inrogarēt eus. Tu

qs es. Et p̄fess⁹ est: z nō ne
gavit. Et p̄fessus est: qz nō
sū ego x̄ps. Et interrogaverit
eū. Quid ergo? Iherias es
tu? Et dixit. Nō sū. Prophe
ta es tu? Et r̄ndit. Non. Di
xerit ergo ei. Quis es vt re
spōsū dem⁹ his qui miserūt
nos? Quid dicis de te ipso.
Alit. Ego vox clamantis i de
serto: dirigite vias dñi sicut
dixit esaias ppheta. Et qui
missi fuerāt: erāt ex pharise
is. Et interrogaverūt eū: z di
xerūt ei. Quid ergo bapti
zas? si tu nō es x̄ps/ neqz heli
as neqz ppheta. Respondit
eis iohānes dicens. Ego ba
ptizo i aqua: medi⁹ aut̄ v̄m
stetit: quē vos nescitis. Ipse
est qui post me ventur⁹ est: q̄
ante me factus est: cui⁹ ego
non sum dign⁹ vt solū eius
corrigiā calciamēti. Hæc in
bethania facta sūt trās ior
danem: vbi erat iohānes
baptizans. Amen. **Oratio**
v̄t̄s ad vesp̄as. Ad lau. z
ves. R. breue. vt in p̄cedēte
dñica. Ad bñ⁹ ān. Dixerūt
pharisei ad tohāmem qs er
go es/ vt respōsuz dem⁹ his
qui miserūt nos: et ait illis/
ego vox clamantis in deser
to/ parate viā dñi sicut dixit
esaias ppheta. **Ofio. Exe-**

ta. Que ofo cū cap. Gaude
te. dicitur ad terraz z in q.
ves. et p̄ hebdo. ad lau. et ad
ves pe. Secūda feria ad
bñ⁹ ān. Egrediet virga de
radice iesse/ et replet om̄is
terra gloria dñi/ et videbit
ois caro salutare dei. **Ter**
tia fer. ad bñ⁹ ā. Tu bethleē
terra iuda nō eris minima i
p̄ncipib⁹ iuda ex te ei eriet
dux q̄ regat pplm̄ meū isrl̄.
Quarta fer. ad bñ⁹ ān. Po
nā in sion salutē/ z in hieru
salem gl̄iam meā alla. **Quin**
tase. ad bñ⁹ ā. Vigilate aio
in p̄mo est dñs de⁹ noster.
Sexta fer. ad bñ⁹ ān. Dies
dñi sicut fur in nocte ita ve
niet: z vos estote parati: q̄a
qua hora nō putatis filius
hominis veniet. **Hora q̄**
a. r. vi. kal. ianuarij hystoria.
Clama in singulis p̄uatis
dieb⁹ v̄t̄s ad vigiliā natiuit.
dñi cū Inuit. Surgite vigi
lem⁹. serua. Et tūc ad p̄e
cedēt⁹ die v̄s hoc est/ decio
septio kal. ianuarij erit R.
Festina. Si autem A fuerit
iutera dñicalis/ tūc decimo/
quinto kal. ianuarij de hac
hystoria p̄io cantur: atqz
ad p̄cedēt⁹ diei v̄s hoc est
xvi. kal. ianuarij q̄ p̄ dñica
sit nihilominus R. Festina.

ea dicitur die p̄mittit. In
quacūq; ante die hec hysto
ria inchoatur in ea quocūq; a.
ad lau. 7 hor. eidē terie assē
gnate s̄p̄ incipiunt 7 nō pu
us. Feria autē occupata fe
sto thome carebit singulis
āis q̄quid sibi de hystoria.

Clama. et āis ad lau. 7 ho
ras subscriptis p̄petere de
buit. Abiciā thomas fue
rit patron⁹ loci ac in d̄nica
uenerit nihilomin⁹ transier
tur quāsi ad officiu nō quā
tum ad celebratē festi. ali
as p̄tingeret hystoria d̄nica
lē nō posse seruari. Et cū ea
q̄ sequūt̄ incepta fuerit resi
dua p̄missorū ex toto succū
dunt. Abihero in sequētib⁹
specialia nō exp̄munt̄ ibi re
curus ad puora habeatur
Inuitorū. Surgite vigi
lem⁹ v̄ite adorem⁹. Q̄ ne
scitis horā q̄n̄ veniet domi
n⁹. ps. Venite. h̄. 7. v̄. 10.
Ane 7 ps feria. A. xvj. kal.
Janua. p̄tia 7 quarta p̄tūa
ta nocte. p̄. p̄mū. **Clama** i
fortitudine q̄ annuncias pa
cē in hierl̄m. Dic ciuitatib⁹
iude et habitatorib⁹ sion ec
ce de⁹ noster quem expecta
bam⁹ adueniet. 7. Sup̄ mō
tē excelsū ascende tu q̄ enā
gelizās sion exalta in forti

tudine vocē tuā. Dic ciuita.
Be. ij. D̄nic stella ex iacob 7
erurger homo de isrl̄ 7 cor
fringet oēs duces alienige
narū. Et erit ois fra posses
sio ei⁹. 7. De iacob erit qui
d̄nic et perdat reliquias cle
uitatur. Et. **Be. iij.** Mōdove
niet d̄nator d̄ns. Et nomen
eius emanuel vocabitur. 7.
D̄nic in diebus eius iuste
tiaz abūdātia pacis. Et vo.

A. xvj. kal. Janua. secunda
p̄tūa nocte. p̄. p̄mū. 7.
Egrediet d̄ns et p̄liabit
cōtra gentes. Et stabūt pe
des ei⁹ supra montes oliua
rū ad orientē. 7. Et eleuabī
tur sup̄ oēs colles et fluene
ad eū oēs gentes. Et sta. **Be.**
ij. p̄cursor pro nobis in
gredit̄ agn⁹ sine macula. se
cūdū ordinē melchisedech.
pontifex fact⁹ est in eternum
et in seclm seculi. 7. Ipse est
rex iustitie cui⁹ gnatio non
habet finē. p̄ntifex. **Be. iij.**
Aidebunt gētes iustū tuū
7 cuncti reges inclytū tuū.
Et vocabitur tibi nomē no
uum qd̄ os d̄ni nolauit. 7.
Et eris corona gl̄ie in ma
nu d̄ni et diadema regis in
manu dei tui. Et vo. **Be. xvj.**
kal. Janua. tertia et vltima
p̄tūa nocte. p̄. p̄mū.

Emitte agnū dñe dñatorē
 tre. De petra defertiad mō
 tem filie sion. **¶** *Dñe de no-*
bis dñe mi am tuā / z saluta-
re tuuz da nobis. De. Pr. ij.
 Germīnauerunt campi ere
 mi germē odoris israhel / q̄a
 ecce dñs de⁹ nī cum uirtute
 ueniet. Et splendor ei⁹ cum
 eo. **¶** *Ex sion species deco-*
ris eius de⁹ noster manife-
ste ueniet. Et splendor. Pr.
ij. Radix tesse qui erurget
 iudicare gētes in eū gētes
 sperabūt. Et erit nomē ei⁹
 bñdictum in secula. **¶** *Ecce*
uirgo accipiet z pariet filiū
et uocabit nomen ei⁹ emma-
nuel. Et. C Nota q̄ in qua
cunq; feria p̄scripca hyslo-
ria sponit eius des ferie añe
simul decāt. C Sc̄ba fer.
ad laudes añ. Ecce ueniet
dñs princeps reguz tre/dñi
qui parati sunt occurre illi.
¶ feriales. Ad puinā añ.
 Dū uenerit filius hominis
 putas inueniat fidē sup trā
Ad tertias añ. Egredietur
 dñs de loco sc̄to suo ueniet
 ut saluet pplm suū. **Ad. vj.**
ān. Ecce ueniet ppheta ma
 gn⁹ et ipse renouabit ieru-
 salē alla. **Ad. ix. ān.** Dicite
 pusillamīnes confortamini
 ecce dñs de⁹ uester ueniet.

¶ Tercia fer. ad l. i. Bona
 te celi desup z nubes pluāt
 iustū / aperiat terra z germi
 net saluatorē. **Ad puinā i.**
 Emitte agnū dñe dñatorē
 tre / de petra deferti ad mō:
 tē filie sio. **Ad trā ān.** Lex
 per moysen data est / gratia
 et uitas p̄ iesū xpm sc̄ta est
Ad fertā ān. Ecce in nubi-
 bus celi dñs ueniet cū pote
 statē magna alla. **Ad nonā**
ān. Arbs fortitudinis nre
 sion saluator ponetur in ea
 mur⁹ z ātemurale apite por
 tas q; nobiscum deus alla.
¶ fer. iij. ad l. i. Prophe
 te pdicauerūt nasci saluato
 rem de gine maria. **Ad l.**
i. Spūs dñi sup me / euāge
 lizare paupert⁹ misit me.
Ad trā ān. Annunciate po
 pulis et dicite ecce de⁹ sal
 uator noster ueniet. **Ad fer.**
trā ān. Propter sion nō tace
 bo / donec egrediat ut splen
 dor iust⁹ eius. **Ad nonā ān.**
 Ecce apparebit dñs z non
 mētet / si morā fecerit expe
 cta eū q; ueniet et nō tarda
 bit alla. **¶ Quira fer. ad l.**
ān. De sion ueniet dñs om
 nipotēs / ut saluū faciat po
 pulum suū. **Ad i. ān.** De si
 on ueniet qui regnatur⁹ est /
 dñs emanuel magnū nomē

Ad. iij. An. Dñs legisset
 nř dñs rex nř / ipse veniet et
 saluabit nos. **Ad. vi. a.** Mō
 tes z colles cātabūt coram
 deo laudē z oīa ligna spūa
 dñi plaudent manib⁹ / qm̄ veni
 et dñs dñator i regnū eter
 nū allā allā. **Ad. ix. a.** Ecce
 dñs nř cum dñtate ueniet / vt
 illūmet oculos seruoꝝ suoꝝ
 rū all. **Sec̄da fer. ad lau.**
An. Cōsātes est ote uidebi
 tis auxiliū dñi supꝝos. **Ad**
Jan. Veni dñe z noli tarda
 re / relaxa facinora pleb⁹ tue
 israel. **Ad. iij. an.** Ego autē
 ad dñm aspiciā / z expecta
 bo deū saluatorē meū. **Ad**
ix. a. Veni dñe uisitare nos
 in pace / vt letemur corā te
 corde pfecto. **Ad. ix. a.** Si
 nř bre laudes audiuiimus
 glām iusti allā. **Sabbō**
ad lau. a. Expectetur sicut
 pluuia eloquiū dñi z descē
 dat sup nos sicut ros de no
 ster. **Ad. p̄mā a.** Intuemini
 quā sit gloriofus iste / q̄ in
 gredit̄ ad saluādos p̄fos.
Ad. iij. an. Cantate tuba i s̄o
 qz p̄p̄e est dñs dñi / ecce ve
 niet ad saluāndum nos allā
 allā. **Ad. vi. a.** Mōtes z oēs
 colles humiliabunt̄ et erūt
 praua in directā z aspera i
 vias planas: veni dñe et no

li tardare allā. **Ad. ix. a.** Do
 nēt dñs gloriā / z laudem
 eius in insulis nuntiabunt.
**C. Hora q̄a. xvij. kal. Ja
 nuā.** Vñr sequētes ac ad m̄t
 vel p̄ omē iūde de aduen
 tu cū colla dñi cāli nīl sit vi
 es. **iii. q̄a. h̄y. pp̄mā collaz**
xvij. kal. Janua. Ad m̄t a.
O sapiētia q̄ ex ore altissi
 mi pdisti attigēs a sine visq̄
 ad finē fortiter / suauit̄ dispo
 nētqz oīa vci ad docēdū nos
 viā p̄uidētē. **xvij. kal. Ja
 nuā. Ad m̄t a.** S adonay z
 dur dom⁹ i s̄r q̄ moysi i igne
 flāme rubi appuisti / z ei i s̄y
 na legē dedisti / veni ad redē
 mēdū nos i brachio extēro.
xiij. kal. ianua. Ad m̄t a.
S radix iesse q̄ stas i signū
 p̄p̄loꝝ / sup quē continebūt
 reges os suū quē gentes de
 precabūtur / veni ad liberā
 dū nos iā noli tardare. **xij.**
kal. Janua. ad m̄t a. S cla
 nis dauid z sceptruz dom⁹
 israel / qui aperis et nemo
 claudit / claudis z nemo ape
 rit / veni et educ vinctos de
 domo carceris sedētes i te
 nebas z vmbra mortis. **xij.**
kal. Janua. ad bā siue pro
 cōmemoratiōe de aduentu
 dñi an. Noli te timere quia
 enī die ueniet ad vos dñs ve
 c. i.

Act. *Es*o discipulis nisi sit dicit
ga quatuor: *ps.* Ad reg: *ps.*
ue pro communiq:ose an.

Ouēs splendor lucis eterne
et sol iusticie/veni et illumina
sedētes in tenebuis et
ymbra mortis. *Act. 13. ad*
māt. 5. Rex gentiū z desi-

derat? earū lapidē āgularē
qui facis vtrāq: vnum/veni
salua hoīez quē de limo for-
masti. *Act. 13. ad māt. 1.*
Emmanuel rex legitur no-
ster/expectatio gentium et
saluator earū/veni ad salua-
dum nos dñe deus noster.

En *Evangelia* *hominatus* do-
mini. *Evangelio.* Hodie scie-
tis quia venit dominus. Et
manebitis gl'iam eius.

ps. Venite. *In* *pro* *hoc* *an.*
Ecce venit desideratus cun-
ctis gentibus et replebitur
gloria domus domini al' a.

is *eriales* *an.* Parat' esto
israel in occursum dñi quo-
ntiam venit. *Act.* Dominus ve-
niet occurrere illi dicentes/
magnū principium z regni
eius non erit finis/deus for-
tis dominator princeps pa-
cis al' a. *an.* Ecce de' nri
expectabim' eū z saluabit
nos al' a. *ps.* Crastina die ve-
lebit inqtas frē? Et regna-
bit sup vos saluator mundi.

Act. 13. *Le*cto sancti evan-
geli scdm matthei. *Act. 13.*

Millo tpe? *Act. 13.* *Es* *es*
des pōlarat' mari' iesu
maria ioseph: an
teq: puenirent in-
uenta est in vtero habēs de
spū sancto. *Et* *ref.* *Dom.*
origenis *de* *eadem* *lectio.*

Que fuit necessitas vt des-
ponsata esset maria ioseph
nisi propterea quaten' hoc
sacramentū diabolo celare
tur? et ille malign' fraudis
commēta aduersus despon-
sata virginez nulla penitus
inuenisset. *Uel* *ideo* *fuerat*
desponsata ioseph/ vt nato
infanti vel ipi marie curā vi-
deret gerere ioseph: siue in
egyptū lens vel inde venuo
venies? *ideo* *desponsata* *fuit*
ioseph/ non tū in cōcupiscen-
tia iuncta. *Ab* *ater* *inquit*
eius. *Ab* *at* *immaculata* *ma-*
ter *in* *corru* *pta* *?* *ma* *ter* *in* *ta-*
cta *Ab* *at* *er* *?* *Qui* *er* *?* *Ab* *at*
dei vngenti/ dñi z regis om-
niū plaminatoris z creator/
cunctor' illi' qm excellis si-
ne matre/ z in tra est sine pa-
tre/ i plus qui in celis scdm
deitatez in sinu est patris/ z
in terr' scdm corpus susce-
ptionē in sinu est mris. *ps.*
Sctificamini hodie et esto:

te parati q̄ die crastis vide
bitis. Haec statē dei vobis
Hodie scietis q̄ venit do-
min⁹ ⁊ mane videbitis. *Haec*
testatem dei. *Leccio. ii.*

O Magne ammiratōis
gratia. o tenarrabilis
suauitas: o ineffabile ma-
gnūq; sacramētū. Ipsa eā-
dem x̄go ipsa ⁊ m̄ dñi ipsa
et genitrix: ipsa eius ancilla/
plasmatio ei⁹ ipsa quem ge-
nuit. Quis vnq; ista audiuit
Quis vidit talia. Quis hoc
cogitare potuit: vt m̄ x̄go
esset: intacta generaret: q̄ ⁊
virgo permansit et genuit?

Sicut enī quondā rubus
cōburi videbat ⁊ ignis eum
nō t̄gebat ⁊ sicut tres pue-
ri in camino inclusi habebā-
tur ⁊ t̄si eos non ledebat in-
cendū nec odor fumerat i-
eis: v̄l quē admodū dantele-
stra a lacū leonū icluso clau-
stris nō ap̄tis allatū ē ei p̄ā-
dū ab abacuc: ita ⁊ hec sc̄ā
virgo genuit dñm sed intacta
permansit: mā effecta
est: sed virginitatē nō amisit.
Genuit infantē ⁊ vt dictum
est virgo permansit. Virgo ei
genuit ⁊ x̄go permansit. *Haec*
ter filii effecta ē: ⁊ castitas
sigillū non p̄didit. Quare?
Quia iste non homo tm̄ qui

debat: sed vnigenit⁹ erat
de⁹ qui in carne aduenerat:
nec subito carnaliter genit⁹
est: s; perfecta deitas venit
in corpore. *Leccio. iii.*

Constan-
tes estote videbitis auxilii
domini super vos: iudea et
hierlm nolite timere. Cras
egrediemini et domin⁹ erit
vobiscum. Eos qui in pul-
uere estis expergiscimini et
laudate ecce dñs veniet euz
salute. Cras egre. *Leccio. iii.*

Teger ergo iste ⁊ idi-
ulus de⁹ in humano
aduenerit vel genit⁹ est corpo-
re: quisq; de⁹ ⁊ dñs figuram
serui suscepit. Non ei pars
vnigeniti venit in corpore nec
seipse diuisit vt dimidi⁹ a p̄-
p̄em ⁊ dimidi⁹ esset in d̄gie:
sed totus ap̄ p̄em ⁊ totus
in virgine: tot⁹ i sinu p̄ris to-
tus in humano corpore. Nō
relinq̄ns superiora venit q̄
rere terrena q̄ in celis sunt
conseruans / et que in terra
sunt saluās: vbiq; om̄ipotēs
incisus indiuisus hic sanct⁹
vnigenit⁹ deus. *Leccio. iiii.*

Si dominica fuerit. Si autē
dominica non fuerit: piece
denti. *Leccio. iiii.* **S**i enī
hoc verbū humanū ⁊ corpo-
rale i missus in aurib; pluri-
mox nō diuidit p̄ singulos
c. ii.

ut pars l' alio z pars sit itez
 in alio sed in oib' integrū z
 plenū habet vt in yno quog
 totū sit: q' tō magis hū dei
 vni genit' de' obiq' tot' est: z
 in celo z in terra z ap' p' res
 z in v' gine: z nō diuidit vt di
 cū est neq' scinditur neq' in
 partes efficit: sed tot' totū
 tenet totū implet totum illu
 strat et possidet. Itē itaq' vni
 genitū dei dicit' hec ma
 ter v' go maria: digna digni
 immaculata sancti: vna vni
 us / vnicarvni. Nec ei alter
 vni genitus sup' terrā venit:
 aut alia virgo vni genitū ge
 nuit. In his omnib' q' dicta
 sunt: de spōlata legit' mater
 eius maria. **R. iii.** Sanctifi
 camini filij israel dicit dñs
 in die enī crastina descēdet
 dñs. Et auferet ayob' oēm
 languoriē. **S.** Judea z hieru
 salē nolite timere cras egre
 diemini z dñs erit vobiscū.
Et au. R. vi. si dñi. fuerit.
 Nascetur nobis paruul' et
 vocabit' deus fortis / ipse se
 debit sup' thronū dauid pa
 tris sui et i'perabit. **Lut' po:**
 testas sup' humerum ei'. **S.**
 Multi plicabit' eius imperi
 um: pacis nō erit finis. **Lut'**
 ius p' rās. **Sequit' text' euā**
gelij si fuerit dñica. Scōm

mattheum. Capitulo. 9.
In illo tēp' Lūc' est de
 spōlata mat' iesu ma
 ria ioseph: anteq' ueniret
 inuenta est in vtero habens
 de' spūscō. Ioseph autē vir
 eius cum esset iust' z nollet
 eā traducere: voluit occul
 te dimittere eā. Hec autē eo
 cogitāte: ecce angelus dñi
 in sōnis apparuit ei dicens.
 Ioseph fili' dauid: noli time
 re accipere mariam coniu
 gem tuā. Quod enī in ea na
 tum est: de spūitu sancto est.
 Partet autem filium: et vo
 cabis nomen ei' iesum. Ipe
 enī saluum faciet populum
 suum: a pctis eorum. Amē.
Matheo. Deus q' nos redē
 vt infra in lau. In. q. noc. **su**
per hos feria. 5. Alfa. Ep.
Saluatorē. S. Crastina erit
 vobis salus! Dicit dñs de'
 exercitū' **op.** Prope esto.
Nota a laudibus e dem
ceps festū duplici mat' oga
Ad lau. an. Judea z hierim
 nolite timere / cras egredie
 mini z dñs erit vobiscū. **all.**
pi. feria. Lpm. Ad roma. I.
Qulus seru' iesu ch'i
 vocatus ap' l' / se
 gregat' in euangelium dei
 quod ante promiserat per p
 phetas suos i scripturis sa-

ctis de filio suo: qui factus
est ei ex semine dauid secun-
dū carnē. **Pr. dicte.** Hodie
sciētis Quia veniet dñs. **Ps.**
Et mane videbitis gliaz ei⁹
Quia. **hy. vs. 8.** Cōstātes
estote: Videbitis auxilium
dñi supros. **Ad. bñ. an. Jo.**
seph fili dauid noli timē ac-
cipere mariā coniugē tuaz:
quod em̄ in ea natum est de
spirito sancto est allā. **Or.**

Deus q̄ nos redēptio-
nis nostre ānua expe-
ctatione letificas: presta vt
vniuersitū tuū quē redēpto-
rē leti suscipim⁹ venientem
quos iudicem securi videa-
m⁹. Et fact⁹ per eūdē. **Ad.**
an. Antēq̄ conuenirent in
uenta est maria habens in
vtero de spū sc̄to allā. **Ps.**
Paces et veri. **Oratio.** Dñe
de⁹. **Ad. ut. 3.** Hodie scie-
tis quia veniet dñs et mane
videbitis gliaz eius. **Ps.**
et oratio vi. lau. **Crastina**

die. **Ad. vi. an.** Crastina
die de lebitur iniquitas terre:
et regnabit sup vos saluator
mundi. **Lectioz et sc̄te. lxxij.**
Aidebūt gētes iustuz
tuum et cuncti reges
inclytū tuū: vocabitur tibi
nomē nouū: quod os dñi no-
miauit. **Crastina erit.** **Or.**

etiam ad. fr. vt in dñicis ad-
uentus. **Ad. ix. an.** Crasti-
na erit vob⁹ sal⁹: dicit dñs de-
us exercitū. **Ps. d. sic. lxx.**

Ouidete et exultate si-
mul deſta hierusalem:
quia consolatus est dñs po-
pulum suū: et videbunt oēs
fines terre salutare dei no-
stri. **Videbunt gentes in-
clum tuū: Et cūcti reges in-
clytū tuū. Or. vt in dñicis**

**Crastina vigilia natiuitatis
veniet in dñica. Inuit. Ho-**
die sciētis. **In. i. noc. an.** Ec-
ce veniet desiderat⁹. **Pr. do-**
minicales dñi. 2. Paratus
eslo. **3.** Dñs veniet. **Crasti-**
na die. **Lectioz duoz noc.**
et Pr. vt in dñica precedente

videlicet Miserationū dñi.
In. ii. noc. 2. Ecce deus no-
ster. **an.** Judea et hierusalē
an. Hodie sciētis. **Crasti-**
na erit. **In. iii. noc. an.** Allā.
Lan. Ecce dñs de⁹. **f. i. vi.**
Videbūt gētes. Eudge.
cū homellia sua vs. de vigi-
Pr. m̄a de vigilia. Pr. xi. Ra-
ſceſ. Ad. f. et. hof. an. Allā.
ps. lxxij. Ep. Ecce venio. **Te-**
liqua vs. in vigilia post. Bñ-
dicam. Commemo. de do-
minica. Ad. j. Ep̄m. Dñe
miserere. **f. xlii. Or.** In hac
c. iij.

nebis vidit lucem magna
 habitantib⁹ in regione um-
 bre mortis lux orta est eis.
 Multiplicasti gēte⁹ nō ma-
 gnificasti letitia. Letabunt
 corā te sicut letat i messe: si-
 cut exultant victores: qñ vi-
 uidit spolia. **I**ugū enim
 oneris ei⁹ et virgas humeri
 eius ⁊ sceptrū extractoris ei⁹
 supasti: sicut in die madian.
 Quia ois violēta predatio
 cū tumultu: et vestimētū mi-
 xtu sanguine erit in cōbusti-
 ones: et cib⁹ ignis. Paruul⁹
 eni natus est nobis: fili⁹ da-
 tus est nobis. Et factus est
 pñcipar⁹ sup humerū ei⁹:
 et vocabit nomen eius ami-
 rabilis: cōsiliari⁹: deus for-
 tis: pater futuri seculi: prin-
 ceps pacis. Multiplicabit
 eius iperū et pacis nō erit
 finis: sup solū dauid et sup
 regnū eius: vt p̄firmet illud
 et cōrobozet in iudicio ⁊ iu-
 stitia amodo et vsq; in sem-
 pternū: zelus dñi exercitu-
 um faciet hoc. Verbū misit
 dñs in iacob: et cecidit in is-
 rael. **H**odie nobis celo-
 rū rex de xgine nasci digna-
 tus est vt hoies pditū ad re-
 gna celestia renocaret: gau-
 det exercit⁹ āgelozū. **Q**: sa-
 lus etna hūano generi ap-

paruit. **B**la in excelsis
 deo: ⁊ in fra par hoib⁹ bone-
 volūtatis. Quia. **Lectio. 11.**
Qnsolamini consola-
 mini popule me⁹: di-
 cit deus vester. Loquimini
 ad cor hierusalem et aduo-
 cate eam: qñ completa est
 malitia ei⁹: dimissa est iniqui-
 tas illius. Suscepit de ma-
 nu dñi duplicia p oib⁹ pec-
 catis suis. Vox clamātis in
 deserto parate viam dñi: re-
 ctas facite in solitudine se-
 mitas dei nostri. Disvallis
 exaltabitur: et ois mons et
 collis humiliabitur: et erūt
 praua indirecta: ⁊ aspera in
 vias planas: et reuelabitur
 gloria dñi: et videbit ois ca-
 ro pariter quod os dñi locu-
 tum est. **V**ox dicētis. **L**a-
 ma. Et dixi. Quid clamabo
 Dis caro fenū: ⁊ ois gloria
 ei⁹ quasi flos agri. **E**rticca-
 tū est fenū et cecidit flos: qz
 spūs dei sufflauit in eo. **V**e-
 re fenū est popul⁹. **E**rticca-
 tū est fenū ⁊ cecidit flos: ver-
 bū autē dñi manet in eternum
Sup montē excelsū ascēde
 tu qui euangelizas sion: ex-
 alta in fortitudine vocē tuā
 qui euangelizas hierim. **E**x-
 alta: noli timere. **D**ic ciuita-
 tibus iude. **E**cce de⁹ vester
 c. iiii.

Ex. ii. Hodie nobis de celo
par vera descendit. Hodie p
totū mundū melliflui facti
sūt celi. Hodie illuxit no
bis dies redēptionis noue
reparatiōis antiq̄ felicitatis
eterne. Hodie. **Lectio. iii.**

Ecce dñs deⁱ fortitu
dine ueniet ⁊ brachiū
ei⁹ dñabit. Ecce merces ei⁹
cū eo ⁊ op⁹ illi⁹ corā ip̄o. Si
cut pastor gregē suū pascet:
i brachio suo ⁊ gregabit ag
nos: et in sinu suo leuabit: fe
tas ipse portabit. Quis mē
sus est pugillo aq̄s ⁊ celos
palmo ponderauit: Quis
appēdit tribus digitis mo
lem terre: et librauit in pon
dere mōtes et colles in sta
tera: Quis adiunxit spiritus
dñi: aut q̄s consiliari⁹ eius
fuit: et ostendit illi: Lū quo
tūst cōsiliū ⁊ instruxit eum:
et docuit eū semitā iustitie:
et erudiuit eū scientiā ⁊ erui
am prudentie: ostendit illi:

Ecce gētes quasi stilla si
tule: et quasi momētū state
re reputate sunt. Ecce inuile
quasi puluis eriguus: et
libanus nō sufficiet ad suc
cēdendū: et animalia eius
nō sufficiunt ad holocaustū
Omnes gētes quasi nō sunt
sicut sunt coram eo: et quasi

nihilū ⁊ inane reputate sūt
ei. **Ex. iii.** Descendit de celis
deus uerus a patre genit⁹
intrauit in uerum uirginis
nobis ut a pparere uisibilis
indutus carne humana pro
thoparente edita. Et exiuit
p clausam portā deus et ho
mo lux et uita cōditor mūdi

***.** Unigenitū dei filiū que
pater misit in mundū in uer
rosacro concepit uirgo be
ata. Et exiuit. **Lectio. iiii.**

Resurge conurge
duere fortitudie tua
sion. Induere uerimentis
glie tue hierusalem ciuitas
sancti: q̄ non adiciet ultra
ut pertranscat per te in ci
cuncisus et in mund⁹. Excus
tere de puluere: cōsurge: se
de hierusalē. Solue vincu
la colli tui captiua filia sio:
quia hec dicit dñs. Gratis
uendatū estis: ⁊ sine argē
to redimemini. Quia hec di
cit dñs de⁹. In egyptū de
scendit populus me⁹ in pan
cipio: et colon⁹ esset ibi: ⁊ af
sur absq̄ ulla causa calūni
atus est eū. **C.** Et nūc quid
mihi est hic dicit dñs: Quā
ablatus est populus meus
gratis. Dominatores eius
inque agunt dicit domin⁹:
et iugiter tota die nomē me

um blasphemaf. Propter hoc faciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce assum. Quas pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem: annunciantis boni: predicantis salutem: dicentis sion. Regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum. Leuauerunt voces: simul laudabunt: quia oculo ad oculum uidebunt cum conuerterit dominus sion. Gaudete et laudate simul deserta hierusalem: quia conuersus est dominus populum suum: redemit hierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: et uidebunt omnes fines terre salutare dei nostri. **R. iiii.** Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus pater: filium suum misit. In similitudine carnis peccati ut oes saluaret. **R.** Ecce iam uenit plenitudo temporis in quo misit deus filium suum in terris natum de uirgine factum sub lege. In si. **C. In ij. noc. a.** Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit. **Ps. lxxxiij.** Benedixisti. **fo. xxx. an.** Homo natus est in

ea et ipse fundauit eam altissimus. **Ps. lxxxi.** Fundamenta. **fo. xxx. an.** Letentur celi et exultet terra ante faciem domini: quoniam uenit. **Ps. xcv.** Cantate. **1. f. xxxiiij. a.** Verbum caro factum est: allatum habitauit in nobis. **all. f. xcvij.** Dominus regem. **ep. f. xxxiiij. a.** Notus fecit dominus allatum: salutare suum. **all. f. xcvij.** Cantate. **1. f. xxxiiij. a.** Ecce aduenit dominator deus et regnum in manu eius: et potestas in iperium in eternum. **all. f. xcvij.** Dominus regnauit iras. **fo. xxxiiij. a.** Speciosus forma pre filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis. **Le. v. Ser. be. le. p. p. r.**

Exultemus in domino dilectissimi et spiritali iocunditate letemur: quia illuxit dies redemptionis nostre: uere repationis antiquae: felicitatis eterne. **C.** Reparatum enim nobis salutis nostre antiquae reuolutione sacramentum ab initio promissum: in fine redditum: sine fine mansurum: in quo dignum est nos sursum erectis cordibus diuinum adorare mysterium: ut quod magno dei munere agitur: magnis ecclesiae gaudijs celebretur. **R. v.** Magnum mysterium et admirabile sacramentum: ut

animalia viderent dominum
natum. Jacentem in pſepto bea-
ta virgo cuius viscera merue-
runt portare dominum christum
R. Domine audiui auditum tuum
et timui: consideravi opera
tua et expaui in medio duntaxat
animalium. Jacentem. **R. vi**

Deus etenim omnipotens et clemens cuius
natura bonitas: cuius volun-
tas potentia: cuius opus mi-
sericordia est: statim ut nos
diabolica malignitas vene-
no sue mortificavit invidie
predestinata renouandis mor-
talibus pietatis sue remedia
inter ipsa mundi primordia
presignauit: denunciatis ser-
penti futurum semen mulieris
quod noxijs capitis elatione
sua virtute contereret: christum
scilicet in carne venturum deum
hominemque significans: qui
natus ex virgine violatores
humane propaginis incorrupta
natiuitate dnanaret. **¶** Nam
quia diabolus gloria sua
fraude deceptum hominem
diuinis caruisse muneribus
et immortalitatis dote nu-
datum: duras mortis subissi-
se sententiam: seque in malis
suis quoddam de preuarica-
toris consortio inuenisse so-
latium: deum quocumque iuste se

veritatis erigente ratione er-
ga hominem quem in tanto ho-
nore condiderat antiquam
mutasse sententiam: opus fuit
dilectissimi secreta dispen-
satione consilij: ut incommu-
tabilis deus cuius voluntas
non potest sua benignitate pe-
uari: primam pietatis sue dis-
positionem sacramento occul-
tiore compleret: et homo dia-
bolice iniquitatis insuria actus
in culpa: contra dei proposi-
tum non perieret. **R. vi.** Beata
dei genitrix maria cuius vi-
scera intacta permanet. Ho-
die genuit saluatorem seculi.
R. vi. Beata que credidit:
quam perfecta sunt omnia que
dicta sunt ei a domino. Ho-
die genuit. **Acto septima.**

Aduentibus ergo te-
poribus dilectissimi
que redemptioni hominum fue-
rant prescicta: ingrediens hec
mundi infima filius dei de ce-
lesti sede descendens et a pa-
terna gloria non recedens:
nouo ordine: noua natiuitate
generatus: nouo ordine
quia inuisibilis in suis: visibi-
lis factus est in nostris. Incorpore
hensibilis voluit corpore
dum ante tempora manens: esse ce-
pit ex tempore. **¶** In uersita-
tis dominus seruilem formam

obūbrata maiestatis sue dignitate suscepit. Impassibilis deus nō dedignatus est homo esse passibilis: et immortalis mortē legib⁹ subiacere. **R. vii.** Beata viscera marie virginis q̄ portauerit eterni patris filiū: et beatay beara que lactauerūt christum dominū. Quia hodie pro salute mundi de virgine nasci dignatus ē. Dies sanctificatus illuxit nobis: uenite gentes et adorare dñm. **Or.**

Diuinitate genitus est: cōceptus a virgine: natus ex virgine: sine paterne carnis cōcupiscētia: sine materne itegritatis iniuria: q̄ futurum hoīs saluatore talis ortus decebat: q̄ et in se haberet humane substātie naturam: et humane carnis inquam nēmēta nesciret. Fluctor ei in carne nascēti deus est: stante archangelo ad beatā mariā: quia spiritus sanctus inueniet in te: et uirtus altissimi obūbrabit tibi. Ideo q̄ et quod nascet ex te sc̄ptū: uocabitur filius dei. Ergo dissimilis: sed natura cōsimilis. Humano usu et cōsuetudine qd̄ credimus caret: sed diuina potestate submixū ē:

q̄: ego p̄cepit: ego peperit: ego pmāsit. **R. vii.** Sctā et immaculata uirginitas qd̄ te laudib⁹ offerā: nescio. Quia quē celi capere nō poterant tuo gremio p̄tulisti. **Bñd.** dicta tui mulierib⁹ et bñdicitus fructus vētris tui. **Or.** **In. iii. noc. a.** Paruul⁹ filius natus est nobis: et uocabitur de⁹ fort⁹ allā allā. **Cant.** Popul⁹ d̄. **Jo. i. i. v. i.** Ipse inuocabit me p̄ meus es tu⁹: deus me⁹ et susceptor salutis mee. **Rec. ix.** **Unitū sancti euāgelij. Sc̄pt. marth.**

Iber gñatōis (c̄p. i.) Iesu xpi filij dauid: filij abrahā. Et rel. **Et p̄mē.** tano h̄t hieronymi p̄bri de in esata legim⁹. **eadē lec.** Generationē ei⁹ quis enarrabit: nō ergo putem⁹ euangeliſtam prophete esse contrarium ut qd̄ ille impossibile dixit effatu hic narrare incipiat: quia tibi de generatione diuinitat⁹: hic de incarnatione dictū est. A carnalibus autem cepit: ut p̄ hoiez deum dicere incipiamus.

Silij dauid: filij abrahā. **S**edo p̄posterus: sed necessario commutat⁹. Si enipius posuisset abrahā et postea dauid: rur⁹ ei repe:

tendus fuerat abraham: vt
 generationis series teperet
 Ideo aut̄ ceteris pretermis-
 sis horuz filii nuncupauit:
 quia ad hos tñi de xpo fetā
 est repromissio. Ad abrahā
 in semine tuo (quit) benedi-
 cent omnes gētes quod est
 xps ad dauid: de fructu vē-
 tris tui ponam sup sedē tu-
 am. Judas aut̄ genuit pha-
 res ⁊ zarā de thamar. Notā
 dum in genealogia saluato-
 ris nullam sanctarū assumi
 mulieruz: sed eas quas scri-
 ptura reprehendit: vt qui p-
 pter peccatores venerat: de
 peccatrici bus nascens om-
 niū peccata deleter. Unde
 ⁊ in sequētibz ruth moabi-
 tis pontē ⁊ et bersabee vroz
 vix. **Be.** Nesciens mater
 virgō virum peperit sine do-
 lore saluatore m seculozum
 Ip̄m regem angelozū sola
 virgō lactabat vberē de ce-
 lo pleno. **Beata** viscera
 marie ⁊ ginis q̄ portauerūt
 eterni patris filium. Ip̄s re-
 gem. **sc. p. Lec. scri euange-**
ly ⁊ scdm lucam. Cap. 4.

In illo tpe: Er̄it edi-
 ctus a cesare augusto
 vt describeret̄ vniuersus or-
 bis. Et rell. **homelia beati**
greg. pape de eadē lectiōe.

Quia largiente dño missa-
 rum solennia ter hodie cele-
 braturi sum⁹: loqui dui de
 euangelica lectiōe non pos-
 sumus: sed nos aliquid vel
 breuiter dicere redēptoris
 nostri natuitas ip̄a ⁊ pellit
 Quid est q̄ nascituro domi-
 no mund⁹ describit: nisi hoc
 quod apte monstrat: q̄ ille
 apparebat in carne qui ele-
 ctos suos ascriberet i eter-
 nitate: Quo p̄tra de reprob-
 is p̄ pphetā dicit. Deleat̄
 de libro viuētū: ⁊ cū iustis
 non scribit̄. **Qui** bñ etiā in
 bethleē nascit̄. Bethleē q̄p
 pe domus panis interpretā-
 tur. Ip̄se nāq̄ est q̄ ait. Ego
 sum panis viuus: qui de ce-
 lo descendi. Locus ergo in
 quo dñs nascitur: dom⁹ pa-
 nis ante vocat⁹ est: quia fu-
 turum profecto erat: vt ille
 ibi per materiam carnis ap-
 pareret: q̄ electozū mentes
 interna satietate reficeret.
 Qui non in parentuz domo
 sed in via nascitur: vt profe-
 cto ostenderet: quia per hū-
 manitates quā assumpserat
 quasi in alieno nascebatur.
 Alienu⁹ videlicet non secun-
 dū potestātē dico: sed scdm
 naturaz. Nam de potestate
 eius scriptū est. In propria

venit. In natura etenim sua
 añ ip̃a natus est: in noſtram
 venit ex t̃pe. Qui ergo eter
 nus permanēs t̃palis appa
 ruir: profecto alienū eſt vbi
 deſcendit. ¶ **¶** Cōfirmatū
 eſt cō virginis i quo diuina
 myſteria āgelo narrāte ſuſ
 cepit / q̃ ſpecioſū forma pre
 filijs hoīm caſtis concepit
 viſcerib⁹. Et benedicta in
 eternū deū nobis protulit ⁊
 hoīem. ¶ **¶** Dom⁹ pudici pe
 ctoxis tē plū repente fit deſ
 intacta neſciens virū verbo
 concepit filium. Et benedi
 ctō. ¶ **¶** *Actō ſancti euan
 gelij cōm lucam. Cap. ij.*
In illo t̃pe ⁊ paſtores
 loquebātur ad invicē.
 Transcam⁹ vſq; bethleem
 evideamus hoc verbum qđ
 factū eſt / qđ fecit dñs ⁊ oñ
 dit nobis. ¶ **¶** Et ref. *l. home. ve
 nera. bede ſi byten⁹ de ca. l.*
Nato in bethleem dñi ſal
 natore ſicut facti euan gelij
 teſtatur hyſtoria / paſtorib⁹
 qui in regione eadē erāt vi
 gilātes / et cuſtodientes vi
 gilias noctis ſuper gregem
 ſuū / angelus dñi cū magna
 luce apparuit ⁊ exortūq; mū
 do ſolem tuſtite nō ſolū ce
 leſtis voce ſermonis: verū
 etiā claritate diuine lucis

aſtrophit. Auſq̃ enim in tota
 veteris inſtrumenta ferie re
 perim⁹ angelos qui tam ſe
 dulo apparuere paſtrib⁹ cū
 luce apparuiſſe: ſed hoc p̃i
 uilegiū recte hodierno t̃p̃i
 ſernatum eſt: qñ eſt in tene
 bris exortū lumē rectis cor
 de / miſericors et miſerator
 dñs. ¶ **¶** Uerū ne parua vni
 angeli videret auctoritas ⁊
 poſtq̃ vñ ſacramenti noie
 natiuitatis edocuit / ſtatim
 multitudo celeſtū agmīnū
 q̃ gloriā deo caneret pacēq;
 ſimul hominib⁹ predicaret
 aſſuit: aperte demonſtrans
 quia per hanc natiuitatem
 hoies ad pacemvni⁹s fidei
 ſpei ⁊ dilectōis / atq; ad glo
 riā diuine laudatiōis eſſent
 conuertēdi. Significāt autē
 myſtice paſtores iſti gregū
 doctores quoſq; ⁊ rectores
 fidelij aſarū. Nox cui⁹ vigi
 lias cuſtodiebāt ſup greges
 ſuū pericula t̃tationū indi
 car⁹ a qbus ſe ſuoſq; ſubie
 ctos oēs q̃ perfecte vigilāt
 cuſtodire nō deſiſtūt. Bene
 autē nato dñō paſtores ſup
 gregē ſuū vigilant. Ille ete
 nim natus eſt: qui dicit ego ſū
 paſtor bon⁹. Paſtor bonus
 aiām ſuā dat p̃ ouibus ſuis
 Sed ⁊ temp⁹ iuinebat⁹ quo



potuit respondere nisi incom-
mutabile deū. His autē crea-
tura mutabilis. **De. vii.** Ver-
bū caro factū est / et habitā-
uit i nobis cui⁹ glia vidim⁹
quasi vnigeniti a p̄re. Ple-
nū gratia et veritate. **In**
p̄ncipio erat v̄bū et verbū
erat apud deū / et deus erat
verbū. Plenū gratia. Glo-
ria patri et filio et spiritui s̄c-
cto / sicut erat in p̄ci. Ple-
num. **Lexico sancti euange-**
lyi secundū mattheū. Cap. i.

Iber ḡnationē ielu
xpi filij d̄i / filij abra-
hā. Abraham genuit ysaac.
Ysaac autē genuit iacob. Ja-
cob autē genuit iudā et fr̄es
eius. Iudā autē genuit pha-
res et zarā de thamar. Pha-
res autē genuit esron : esron
autē genuit arā. Arā autē ge-
nuit aminadab : aminadab
autē genuit naason. Naason
autē genuit salmon : salmon
autē genuit boos de raab.
Boos autē genuit obeth ex
ruth : obeth autē genuit iel-
se. Iesse autē genuit dauid
regē : dauid autē rex genuit
salomonez ex ea q̄ fuit vie.
Salomon autē genuit robo-
am : roboā autē genuit abia.
Abia autē genuit aza : aza
autē genuit iosaphat. Josa-

phat autē genuit iozām : ioz-
ram autē genuit oziam. Ozias
autē genuit ioathan : ioat-
han autē genuit achas.
Achās autē genuit esechias :
am : esechias autē genuit
manassen. Manasses autē
genuit amon : amon autē
genuit iosiam. Josias autē
genuit iechonias et fratres
eius : in transmigratiōe ba-
bylonis. Et post transmigra-
tionez babylonis : iecho-
nias genuit salathiel. Sa-
lathiel autē genuit zoroba-
bel. Zorobabel autē genuit
abith. Abith autē genuit
eliachin : eliachin autē
genuit azor. Azor autē genuit
sadoch : sadoch autē genuit
achin. Achin autē genuit
eliud : eliud autē genuit
eleazar. Eleazar autē genuit
mathan : mathan autē
genuit iacob. Iacob autē
genuit ioseph : virum : marie
De qua natus est iesus : qui
voca tur christus. **Exario.**
Deus qui hanc sacra-
mentā noctez veri lu-
minis fecisti illustratiōe cla-
rescere. da quesum⁹ : vt cui⁹
lucis mysteria in tra cogno-
uimus ei⁹ quoz gaudys in
celo perfruamur. Et famul⁹
per eundē. **¶ Ad laud. āa.**

Genit puerpera reges cui
nomē eternū / z gaudū ma-
tris habens cūvirginitatis
honore / nec pāmā simlē vi-
sa est nec habere seqntē all.
ps. xxi. Dñs rēg. **fol. xxv.**

M Altipha **Ep. ad bea-**
rie m' r'isq' modis olli
de loquēs patrū in pphe-
tis / nouissime dieb' istis lo-
cut' est nobis in filio / quē cō-
stituit heredē vniuersorū / p
quem fecit z scla. **R. b' h'ue.**
Hortū fecit dñs salutare suū

S. In ospectu gentiū reue-
lauit iustitiā suā. **Salu. h'p.**
Sgress' eius. **fo. lxiij. S.** Bñ
dicit' q' venit in noīe dñi / De-
us dñs z illuxit nobis? **Ad**
br' an. Gloria in excelsis deo
z in terra pax hoīb' bone vo-
luntatis alfa alla. **Diatio.**

Quēcedē q's ops de'
ut nos vni genit' tūl-
nona p carnē natiuitas libe-
ret' q's sub periugovetusta
seruū tenet. Et fa' per eū.

Si vñica fuerit nulla cōme-
moratio de ea fiet. C. Ad. j.

In Lux orta est sup nos q'a
hodie nat' est saluator alfa.

Ep. Regi sc'orū. fo. xli. S.
In hac hora. **C. Ad. ij. an.**

Hodie intacta virgo deum
nobis genuit / teneris indu-
tus mēbris / quē lactare mē

rui flexis genibus: omnes
ipsuz adorem' q' venit salua-
re nos. **Ep. z o'fo vt in lan.**
S. Tāq' spōs. **C. Ad. v. an.**
Saudeam' oēs fideles / sal-
uator n' nat' est i mūdo / ho-
die pcessit ples magnifici
germinis z pseuerat pudor
virginitatis. **Ep. ad n'ri. ij.**

Apparuit gra dei sal-
uatoris n'ri oīb' hoī-
bus erudiens nos: vt abne-
gantes impietate z secularia
desideria sobrie z iuster pie-
viamus in hoc seculo. **S.**
Spectolus forma. **Diatio.**

Dñs: vt q' natiuitatem
dñi n'ri iesu xpi nos frequē-
tare gaudem': dignis puer-
sationib' ad eū mereamur p-
tinere cōsortium. Et famū-
per eū. **C. Ad. ij. an.** Vir-
go hodie fidelis et si verbū
genuit incarnatū / go māsit
z post partū quā laudātes
oēs dicim' benedicta tu in
mulieribus. **Ep. ad n'ri. ij.**

Apparuit benignitas
Et hūanitas saluatoris
n'ri dei: nō ex opib' iusti-
tie q' fecim' nos: s' sedm suā
mīam saluos nos fecit. **S.**
Ipsē iuocauit me. **vt. S. S.**

Deus q' hūane substā-
tie dignitate z mirā-

libiter p̄didisti ⁊ mirabili re
formasti: da nobis q̄s ei⁹ bi
unitatis esse: sortes / q̄ hūa
nitatis n̄ e fieri dignat⁹ est
particeps. Et fa: per eūde.

C In sc̄dis ves. sup̄ pos̄ an.

In principio ⁊ ante secula
deus erat verbum ipse nat⁹
est nobis saluator mundi. **A.**
Virgo verbo concepit / vir-
go permanit / virgo pepe-
rit regem omnium regum.

A. Beatus vent̄er q̄ te por-
tauit xp̄e / ⁊ beata vbera que
te lactauerunt dñm ⁊ salua-
tozem mundi alla. **an.** Illu-
xit nobis dies redemptiōis
noūe / reparatiōis antiquē /
felicitatis eterne. **Ep̄. ⁊ ofo**

vt in laudibus. R. die Ver-
buz caro factū est. Et habi-
tauit in nobis. **R. Et vidim⁹**
gl̄iam ei⁹ gl̄iam quasi inige-
niti a p̄re. Et ha. **hy. ⁊. A. so-**
lis. **fo. lxxv. x.** Tecum princ̄-
piū i die st̄utis sue: In splē-
dorib⁹ sc̄tōū ex vtero ante
lucifer genit̄ te. **Et i m̄gt̄ a.**
Hodie xps natus est / hodie
saluator apparuit / hodie in
terra canūt angeli / letantur
archangeli / hodie exultant
iusti dicētes gloria in excel-
sis deo alla. **Quarto. Cōte-**
de quelum⁹. **vt̄ in laudib⁹**

C Sequit̄ p̄m̄o. de sancto

stephano. Si stephan⁹ eue-
nerit in dñica / fiet comm̄o.
de ea cū an̄ dñi mediū. **R.**

Fiat mia tua. **Ofo. Dps** se-
piterne de⁹ dirige. **C. Post**
pleto. de br̄ i⁹ ginev̄is pu-
rificationis ei⁹ inclusivē an̄.

Sc̄tā et imaculata virgini-
tas q̄bus te laudib⁹ efferam
nescio / qz que celi ca p̄re nō
poterāt tuo gremio st̄ulisti

R. Post partū virgo intolaz-
ta permāsisti: Del gemitrix
incede p̄ nobis: **Ofo. De⁹**
qui salutis etne. **vt infra cir-**

cuncisiōis. C. Privatis die-
b⁹ infra oct. Inul. hy. x. vt
in die sancto In. i. noct. an.
Dps sermo tu⁹ dñe a rega-
lib⁹ sedibus venit alla. **pi te**
ria. a. Ecce agn⁹ dei / ecce q̄
tollit peccata mūdi alla. **a.**

Ecce iā venit plenitudo tē-
poris / in quo misit de⁹ filius
suū in terris. **an.** Nato dñō
angelorum chorus canebat
dicēs / gloria in excelsis deo
et in tra pax hoīb⁹ bone vo-
luntatis. **R. Tanq̄ sp̄sūs.**

C Prima privata nocte in:
tra octava nati. dñi lectōes
Ex cōmētario venerabilis
bede presbyteri in lucam.

Et subito facta est cū
āgelo m̄ltitudo mili-
tie celestis laudātū deū et

dicentius: glia in altissimis
 deo: z in terra pax hoib⁹ bo:
 ne volūtatis. Anno euāgelizante
 nūcio natum in carne deū mox
 multitudo militie celestis aduolās p̄sono i lau
 dē creatōis ore p̄umpit: vt et sui
 sicut semp obsequij deuotionē xp̄o
 impendat: z nos suo parit̄ instituat
 exēplo: quotiens vel aliq̄s frat̄ū
 sacre eruditōis verbis insonuerit
 vel ip̄a lecta siue audita q̄ pietat̄
 sūt ad mētē reduxerim⁹: deo statim
 lau des ore corde et ope reddamus.
 Ecce agn⁹ dei q̄ tollit p̄cā mūdi/
 ecce de q̄ dicebā vob̄. Qui post me
 venit aū me fact⁹ est: cui⁹ non sum
 dign⁹ corrigiam calcia mēti soluere.
 Hoc est testis monū qd̄ phibuit iohānes dicens.
xati sunt stercoia. **Caui.**
Et maior effecta est iniqui-
tas filie populi mei peccato
sodomorū: que subuersa est
in momento: et nō ceperunt
in ea manus. **sap.** Landidio
res nazarei et? nūne nūtidio-
res lacte? rubicūdiiores ebo-
re ātīquo: saphyro pulchrio-
res. **Bech.** Denigrata est su-
per carbones facies eorū?

et non sunt cogniti in plate-
is. Adhesit cutis eorum of-
sibus: aruit et facta est qua
si lignum. **Ubet.** Adhuc
fuit occisus gladio q̄ inter-
fectis fame: quoniam isti ex-
tabuerūt ⁊ sumpti a sterilita-
te terre. **Forj.** Adhuc mu-
lierū misericordiū corerunt
filios suos: facti sunt cibus
earū in contritione filie po-
puli mei. **Tu. R. j.** Sepulto
dño signatum est monumen-
tū voluentes lapidē ad osti-
um monumenti. Ponentes
militēs qui custodirēt illud.
* Ne forte veniant discipu-
li eius et fur entur eum et di-
cant plebi surrexit a mortuis.
ponē. **Lectio. ij. Laph.**

Compleuit dominus
furorem suum: effu-
dit iram indignationis sue.
Et succendit ignem in sion:
et deuorauit fundamenta
eius. **Lamerb.** Non credi-
derunt reges terre ⁊ vniuer-
si habitatores orbis: quomē-
am ingrederet hostis et int-
micus per portas hierusa-
lem. **Ubem.** Propter pecca-
ta prophetarū eius ⁊ int-
quitates sacerdotū eius quē
effuderunt in medio ei? san-
guinem iustorum. **Hun.** Er-
rauerūt ceci in plateis: pol-

luti sunt sanguine. Lūq; nō
 possent tenuerunt lacrimas
 suas. **Samech.** Recedite
 polluti clamauerūt eis: re-
 cedite abite: nolite tangere
 Iurgati quippe sūt z cōmo-
 ti dixerunt: inter gentes nō
 addet vltra vt inhabitet in
 eis. **Ph.** Facies domini di-
 uisit eos nō addet vt respici
 at eos. Facies sacerdotum
 nō erubuerūt: neq; senū in-
 ferti sūt. **Ch.** Cū adhuc
 subsisterem? defecerūt ocu-
 li nostrī ad auxilium nostrū
 vanū: cum respiceremus at-
 tenti ad gentes que saluare
 non poterat. **Sade.** Lubri-
 cauerunt vestigia nostra in
 itinere platearum nostrarū:
 appropinquauit finis nos-
 ter: cōpleti sunt dies nostri
 q̄a uenit finis noster. **Loph.**
 Veloctores fuerūt persecu-
 tores nri: aquilis celi: super
 montes persecuti sunt nos:
 in deserto insidiati sunt no-
 bis. **Res.** Spiritus oris no-
 stri xp̄us domini? captus est
 in peccatis nostris: cui dixi-
 mus: in ymbria tuay uenimus
 in gentibus. **Syn.** Gaude z
 letare filia edom q̄ habitas
 in terra hus. Ad te quoq; p-
 ueniet calix irēbia: ab eis
 nudaberis. **Qou.** Comple

ta est iniquitas tua filia sūd:
 non addet vltra vt transi-
 gret te. Visitabit iniquitatē
 tuam filia edō: discooperiet
 peccata tua. **Res. ii.** Recessit
 pastor noster fons aque vi-
 ue in cuius trāsitu sol obscu-
 rat? est: nā et ille capt? est q̄
 captiuū tenebat primū ho-
 minem. Hodie portas mor-
 tis et seras pariter saluator
 noster dirupit. **Ch.** Destruxit
 quidē portas inferni z cōfre-
 git potētias diaboli. Hodie
Eccl. iij. Oratio. Iheremie.
Recordare domine qd
 acciderit nobis: itue-
 re et respice opprobrium no-
 strum. Hereditas nostra ver-
 sa est ad alienos: domus no-
 stra ad extraneos. Pupilli
 facti sum? a bsq; patre: ma-
 tres nre quasi uidue. Aquā
 nostram pecunia bibimus:
 ligna nostra precio compa-
 rauimus. Ceruicibus mina-
 bamur: lassis non dabatur
 requies. Egypto dedimus
 manum: z assyrijs: vtatura
 remur panibus. Patres no-
 stri peccauerūt et nō sunt: z
 nos iniquitates eorū porta-
 uimus. Serui dñati sunt no-
 stri: non fuit q̄ redimeret de
 manu eorū. In manibus no-
 stris afferebamus panē ho-

bis a facie gladij in deserto
pellis nostra quasi cibus
erupta est: a facie tempesta-
tum famis. Mulieres in si-
on humiliauerunt: et virgi-
nes in ciuitatib⁹ iuda. Pūn-
cipes manu suspēsi sunt: fa-
cies senum non erubuerunt
Adolescētib⁹ impudice abu-
si sunt: et pueri in ligno cor-
ruerunt. Senes defecerunt
de portis: iuuenes de cho-
ro psallentiū. Defectt gau-
diū cordis nostri: versus est
in luctu chor⁹ noster. Ceci-
dit corona capitis nostri: ve-
nobis qz peccauimus. Pro-
pterea inestū factū est in do-
lore cor nostrum: ideo conte-
nebrati sunt oculi nri. Pro-
pter montē sion qz desperijt
vulpes ambulauerunt in eo
Tu autē dñe in eternum p-
manebis: solū tuū in gene-
rationem et generationem.
Quare impetū obliuisceris
nostri: dereliques nos
in longitudinē dierū: Con-
uerte nos dñe ad te z cōuer-
temur: innoua dies nostros
sicut a principio. Sed pñd-
ens repulisti nos: iratus es
contra nos vehemēter. Tu.
Ps. iij. Agnus dei xpus imo-
latus est pro salute mundi/
nam de parentis protopla-

sti fraude facta condolens
quādo pomi norialis morsu
in mortē corruit ipse lignus
tunc notauit. Dāna ligni vt
solueret. **Ps.** xpus factus est
pro nobis obediens vsqz ad
mortem mortē autē crucis.
Dā. **C. In. ij. noc.** In pace
factus est locus ei⁹: Et ha-
bitatio ei⁹ in sio. **C. Ad lau-
des an.** O mors ero mors
tua morsus tuus ero infer-
ne. **Ps.** Lollocauit me in ob-
scuris: Sicut mortuos secu-
li. **Ad. bñ. 2.** Mulieres sedē-
tes ad monumentum lamē-
tabantur flentes domūm
Mo. Deus a quo z iij. **vt. 8.**
C. Ad. f. an. Joseph ab ari-
mathia petijt cor pñesu et se-
peliuit eū in sepulchro suo.
C. Ad. iij. an. Sepulto do-
mino signatū est monumen-
tum ponētes milites qui cu-
stodirēt illud. **Ps.** In pace in
idipm: Domiā z requiescā
C. Ad. vi. an. Alulate pa-
stozes et clamate aspergite
vos cinere quia ppleti sunt
dies dñi. **Ps.** In pace factus
est loc⁹. **vt. 8.** **C. Ad. ix. an.** Et
debunt in que transierunt
et plangent se super eū om-
nes tribus terre. **Ps.** Lolo-
cauit me in obscuris. **Ps.**
Sicut mortuos seculi?
n. f.

Prima p̄uata nocte a dñe t̄ns

¶ Nota q̄ p̄ter tres noctes
quatuor t̄p̄onũ r̄ triginta na
t̄uitatis dñi in quib⁹ legitur
de homelijs sup euangelijs
his dieb⁹ ad missam recita
ri solitis ordine r̄ locis suis
de scriptis p̄torum adn̄erũ
dñi legitur p̄uatis noctib⁹
de esasa p̄pheta. **¶** Prima
p̄uata nocte. **2. c. 1. 1. p. 11.**



Verbu q̄d vidit esai
as fili⁹ amos sup
iudã r̄ hierlm. Et
erit in nouissimis
dieb⁹ prepar⁹ m̄s dom⁹ dñi
in vertice montũ r̄ eleuabit
sup colles Et fluẽt ad eũ oēs
gẽtes r̄ ibũt pp̄i multũ di
cẽt. Venite ascẽdam⁹ ad m̄
tẽ dñi r̄ ad domũ dei iacob:
et docebit nos vias suas et
ambulabim⁹ in semit̄is ei⁹ q̄
de s̄o eribit lex: r̄ v̄bum dñi
de hierl̄. **¶** Et iudicabit gẽ
tes r̄ arguet pp̄os multos
Et p̄stabit gladios suos in
vomeres: r̄ lanceas suas in
falces. Non leuabit gẽs cõ
tra gentem gladiũ nec exer
cebunt vltra ad p̄eliũ. Do
mus iacob: venite r̄ ambule
mus in lumine dñi. **Lu. 1. 11.**

¶ Notecisti enĩ pplm tu
um domũ iacob: q̄ re
pletũ sũt vt olim: r̄ augures
habuerũt vt phyl̄stijm: r̄ pue

ris alienis adheserunt. Re
pleta est fra argento r̄ auro
r̄ nõ est finis thesaurorũ ei⁹.
Et repleta est fra ei⁹ equis:
r̄ innumerabiles q̄drige ei⁹.
Et repleta est fra ei⁹ idolis
¶ Op⁹ manũ suarũ adoza
uerũt: q̄d fecerũt digiti eorũ
Et incuruauit se hõ: r̄ humili
liar⁹ est vir. Ac ergo dimitt
tas eis. Ingredere in petrã
et abscondere in fossa humo
a facie timoris dñi: et a gl̄a
maiestat⁹ ei⁹. **Lu. 2. c. 10. an.**

Oculi sublimis homis
hũiliati sũt: incurua
bit altitudo viroũ. Exalta
bit autẽ dñs sol⁹ in die illa:
q̄ dies dñi exercitiũ super
oẽm supbũ r̄ excelsũ et sup
oẽm arrogãtẽ r̄ hũiliabit:
sup oēs cedros libani subli
mes r̄ erectas r̄ sup oēs quer
cus basan/ r̄ sup oēs m̄tes
excelsos: r̄ super oēs colles
eleuatos: r̄ sup oẽm turrẽ ex
cellsam/ r̄ sup omnẽ munitũ/
r̄ sup oēs naues tharsis: r̄ su
per oẽ q̄d visu pulchrum est

¶ Et incuruabit ois subli
mitas hoĩz: r̄ hũiliabit alti
tudoviroũ. Et eleuabit dñs
sol⁹ in die illa: r̄ idola pen
tus p̄terent. Et introibũt in
spelũcas petrarũ: i vozagi
nesterre a facie formidinis

dsi⁹ z a gl'ia maiestatis ei⁹ cū
surrexerit pcutere terrā. In
die illa piciet hō idola ar-
genti sui z simulachra auri
sui q̄ fecerat sibi: vt adoraret
talpas z vesptilones. Et i-
grediet scissuras petrar: i
cauernas saxozū a facie for-
midinis dñi: z a gl'ia maiesta-
tis ei⁹ cū surrexerit pcutere
trā. Quis dicit q̄ ab hōie cu-
ius spūs in narib⁹ ei⁹ est: qa
excell⁹ reputat⁹ est ipse. Tu.

Secda privata nocte. lc. j.

Ecce ei dñator dñs ex-
ercituum auferet ab
hierlmz ab iudavalidūz for-
tē: omne robur panis z oē ro-
bur aq̄: fortē z virtū bellato-
rē: z iudicē z pphetā: z ario-
lū: z senē: pncipē sup qnqua-
ginta: z honorabile vultu: z
piliariū: z sapiētē de archi-
tectis: z pudētē eloquiū my-
stici. Et dabo pueros pnci-
pes eoz: z effemiati dñabū-
tur eis. Et conuert ppls vir
ad virū: vnusq̄sqz ad primuz
suuz. **T**umultuabit puer
ptra senem: z ignobilis ptra
nobile. **A**pphēdet ei vir frēs
suū domesticū p̄ris sui: z di-
cet. Vestimentū tibi est: p̄ri-
ceps esto n̄: ruina autē hec
sub manu tua. **R**ñdebitqz in
die mala dicēs. **N**ō sum me

dic⁹: z in domo mea non est
panis neqz vestimētum. **N**o-
lite constituere me pncipē
populi. Tu autē. **Lectio. ij.**

Rat enim hierlmz z lū-
das p̄cidit: qz lingua
eozū z adinuētōes eozū cō-
tra dñz: vt puocarēt oculos
maiestatis ei⁹. Agnitio vul-
tus eozū respōdebit eis: et
pctm̄ suū quasi sodoma p̄e-
dicauerūt: nec abscondēunt.
Ue aie eozū: qm̄ reddita sūt
eis mala. **D**icite iusto quo-
niā bene: qm̄ fructū adinuen-
tionū suaz cōedet. **U**e ipio
in malū. **R**etributio enī ma-
nūm ei⁹ fiet ei. **P**opulū
meū exatores sui spoliave-
runt: z mulieres dñate sunt
eis. **P**opule me⁹ qui te bñm̄
dicunt ipsi te decipiūt: z viā
gressuū tuoz dissipāt. **S**tat
ad iudicandum dñs: et stat
ad iudicandum p̄ p̄os. **D**ñs
ad iudiciū veniet: cum senten-
tibus populi sui et pncipib⁹
eius. **V**os enī depasti estis
vineā meam: et rapina pau-
peris in domo vestra. **Q**ua-
re atteritis populum meū:
et facies pauperum cōmo-
litis dicit domin⁹ deus exer-
cituū: **T**u. **Lectio. iij.**

El dixit domin⁹ deus
pro eo q̄ eleuate sūt
n. ij.

filie sion: et ambulauerunt ex
tento collo: et nris oculis
lorum ibant: et plaudebant am-
bulabant: et pedibus suis con-
posito gradu incedebant: de
caluabit dominus verticem filiarum
sion: et dominus crinem earum nuda-
bit. **I**n die illa auferet do-
minus ornamentum calciamen-
torum et lunulas: et torques: mo-
nilia et armillas: et mitras: et
discriminabilia: et pichelidas: et
murenulas: et olfactoriola: et
inaures: et anulos: et gemas
in fronte pedetes: et mutato-
ria: et palliola: et lintheami-
na: et ac: et specula: et sindo-
nes: et vittas: et thestrata. Et
erit pro sua uis odore fetor: et pro
zona funicul: et pro crispanti
crine caluicium: et pro fascia pe-
ctorali cilicium. Pulcherrimi
quocumque viri tui gladio cadent:
et fortes tui in proelio. Et mere-
bunt atque lugebunt porte eius:
et desolata in terra sedebit.

Tertia nocte pnuata. l. j.

Quod apphendent septem
mulieres virum unum in
die illa dicentes. Panem nostrum
comedem: et vestimentis no-
stris operemur: tamen inuo-
cetur nomen tuum super nos: au-
fer opprobrium nostrum. In die
illa erit germen domini in magni-
ficentia et gloria: et fructus

terre sublimis: et exultatio
his qui saluati fuerint de iheru-
salem. Et erit omnis qui relictus
fuerit in sion: et residuus in
hierusalem: scilicet uocabitur
ois qui scriptus est in uita
in hierusalem. **S**i abluerit
dominus sordem filiarum sion: et san-
guinem hierusalem lauerit: de me-
dio eius: in spiritu iudicij: et
spiritu ardoris. Et creabit
dominus super omnem locum montis
sion: et ubi inuocatus est nu-
bem per diem: et fumum: et plé-
dozem ignis flammatis in no-
cte. Super omnem enim gloriam
protectio: et tabernaculum erit
in umbraculo diei: ab esu: et
securitate: et abscondite: a tur-
bine: et a pluuia. Tu. **Eccl. ij.**

Quod antabo dilecto meo
caticum patruelis mei
vinee sue. Uinea facta est di-
lecto meo: i cornu filio olei.
Et septiuit eam: et lapides
elegit ex illa: et plantauit vi-
neam electam. Et edificauit tur-
rim in medio eius: et torcu-
lar extruxit in ea. Et ex-
pectauit ut faceret uas: et fe-
cit labruscas. Nunc ergo ha-
bitatores hierusalem: et uiri iuda-
e: iudicate in me: et uineam meam
Quid est quod uoluit facere de-
hui vinee mee: et non feci ei?
An quod expectauit ut faceret

uas: et fecit labruscas. **L. iij.**

Et nunc ostendā vobis quid ego faciam vinee mee. Auferam sepe ei: et erit in dreptione: diruā maceriā ei: et erit in cōculcatione: et ponā eā desertā. Non putabit et nō fodiet: et ascēdēt sup eā vepres et spine: et nubib: mādabone pluāt super eā imbrem. Vineā autē dñi exercitū dom: israel ē: et viri iuda germen ei: delectabile. Et expectaui vt faceret iudiciū et ecce iniquitas: et iustitiam: et ecce clamor.

Ue q: pūgīt domū ad domū: et agrū a agro copulatis vsq: ad finem loci. Nūquid habitabit: vos soli in medio terre: In aurib: meis sunt hec: dicit dñs exercitū. Nisi domus m: te desite fuerit grādes et pulchre: et absq: habitatore. Decē enī iugera vinearū faciet lagūculā vnā: et triginta modij semētis faciet modios tres. **Hocte.**

Ue qui cōsur: **iii. l. i.** Agitis mane ad ebrietatē sectādā: et potandū vsq: ad vesperā vt vino estuetis. Luthara et lira et tympanū et tibia et vinū in cōuiuijs vestris: et opus dñi non respicitis: nec opera manu-

um eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus q: nō habuit scientiā: et nobiles eius interierūt fame: et multitudo ei: siti exaruit. **P**ropter ea dilatauit infern: animas suā: et aperuit os suū absq: villo termino. Et descendēt fortes eius: et popul: eius et sublimes gloriōsq: eius ad eū. Et icuruabit hō: et humiliabit vir: et oculi sublimiū deprimēt. Et exaltabitur dñs exercitū in iudicio: et de: sanctus scificabitur in iustitia. Et pascent agni iuxta ordinē suū: et deserta inuvertatem versa aduene comedēt ea. **Lectio secūda.**

Ue qui trahit iniquitatis: et qñ vinculum plaustrum. Qui dicit: festinet et cito veniat op: ei: vt videamus: et appropiet: et ventat: siliū scii israel: et sciem: illud. **U**e qui dicit: malū bonū et bonū malū: ponētes tenebras lucē et lucē tenebras ponētes amarum in dulce et dulce in amarū. **U**e q: sapientes est: in oculis vestris: et corā vobis metipis prudētes. **U**e q: potētes estis ad bibēdū vinū: et viri fortes ad mī
n. iij.

scēdā ebrietatē. Qui iustificatis impiū pro munerib⁹: ⁊ iustitiā iusti auferitis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis: calor flāme exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit: et germē eorum vt puluis ascēdet. **L. iij.**

A Biecerūt ei legē domini exercituum: ⁊ eloquiū sc̄ti isrl̄ blasphemaue- rūt. Ideo irat⁹ est furor dñi in populū suū: ⁊ extēdit manū suā sup̄ eū: et percussit eum. Et turbati sūt mōtes: ⁊ facta sūt morticina eorum quasi sterco in medio platearū. In his oib⁹ non est auers⁹ furor ei⁹: adhuc man⁹ eius extēta. **E**t eleuabit signū in nationib⁹: pcul⁹: et sibilabit ad eū de sinib⁹ fre: ⁊ ecce festinus uelocit⁹ ueniet. Nō est deficiēs neq; laborās in eo: nō dormitabit neq; dormiet neq; soluet cingulū renū eius: neq; rūpēs corrigia calciamētū ei⁹. Sagitte ei⁹ acute: et oēs arc⁹ eius extēti. Ungule equorū ei⁹ vt filix: ⁊ rote ei⁹. Nō impetus tēpestatis. Ungit⁹ eius vt leonis: rugiet vt caruli leonū. Et frēdet ⁊ tenebit predā: et āple- rabitur et nō erit qui eruat: et sonabit super eū in die il-

la sicut sonit⁹ maris. Aspiciemus in terrā et ecce tenebre tribulationis: et lux obte- nebata est in caligine ei⁹.

Rocte. v. Lectio prima.

I N anno quo mortuus est rex ozias uidi dñs sedētē sup̄ soliuū excelsum et eleuatū: ⁊ plena erat dom⁹ a maiestate eius: et ea q̄ sub ipō erāt replebāt tēplū. Seraphin stabāt sup̄ illud: sex aleui: et sex ale alteri. Duabus uelabāt facie ei⁹: et duabus uelabāt pedes eius: et duabus uolabant. **E**xclamabant alter ad alterū: ⁊ dicebāt. Sanctus sanctus sanctus dñs de⁹ exercituum: plena est oīs fra glia ei⁹. **E**t mota sunt sup̄ limina cardinū a uoce clamātis ⁊ dom⁹ repleta est fumo. **E**t dixi. **A**e mihi q; tacuisti: q; uir pollut⁹ labijs ego sū: ⁊ in medio ppli polluta labia hñtis ego habito: ⁊ regē dñs exercituum uidi oculis meis. **E**t uolauit ad me vn⁹ de seraphin et in manu ei⁹ calcul⁹ quē forcipe tulerat de altari: ⁊ tetigit os meū et dixit. **E**cce tetigit hec labia tua: et auferet iniquitas tua: ⁊ peccatū tuū mīdabit. **Tu autē. Is. iij.**

Et audiui uocē dñi di-

cētis. Quē mittat et q̄s ibit
nobis: Et dixit. Ecce ego
mitte me. Et dixit. Vade et
dices pp̄lo huic. Audite au
diētes et nolite itelligere et
videte visionem et nolite cog
noscere. Exceca cor pp̄li
hui⁹ et aures ei⁹ aggraua et
oculos ei⁹ claudē ne forte vi
deat oculos suis et auri bus
suis audeat et corde suo itel
ligat et cōuertat et sanē eū.

Et dixit. Alisq̄ dñe: Et di
xit. Donec desolent ciuita
tes absq̄ habitatore et do
mus sine hoīe. Et fra relinq̄
tur deserta: et longe faciet
dñs hoīes. Et multiplicabi
tur q̄ derelicta fuerat i me
dio fra: et adhuc i ea decima
tio. Et cōuertetur erit i osē
sionem sicut terebintus: et
sicut querc⁹ q̄ expandit ra
mos suos. Semē sanctū erit
id quod steterit in ea. *Te. iij.*

Et factus est in dieb⁹
achas filij ioathan fi
lij ozie regis iuda ascēdit ra
sin rex syrie et facee filij ro
melie rex isrl̄ ihierl̄m ad p̄
hādū cōtra et nō potuerūt
debellare eā. Et nūciauerūt
domui dauid dicētes. Req̄
eunt syria sup efram: et cō
morum est cor ei⁹ et cor pp̄li
ei⁹ sicut mouent ligna syl

narū a facie vēti. **E**t dixit
dñs ad esaias. Egredere in
ocursū achas tu et qui de
relictus est iasub filius tu⁹
ad extremū aque ductus pi
scine superioris in via agri
fullonis: et dices ad eū. Au
deat fileas. Noli timere: et
cor tuuz ne formidet a dua
bus caudis ticionū fumigā
tiū istozū i ira furoris rasin
regi syrie et filij romelie: eo
q̄ cōsiliū interit cōtra te sy
ria i malū efram et filij rome
lie dicētes. Ascēdam⁹ ad iu
dā et suscitē eū: et euella
mus eū ad nos: et ponam⁹
regē i medio ei⁹ filij tabeel
Hec dicit dñs de⁹. Non sta
bit et nō erit istud: s; caput
syrie damascus: et caput da
masci rasin. Et adhuc sexa
gita et q̄nq; anni et desinet ef
fram eē pp̄le: et caput efram
in samaria: et caput sama
rie filij romelie. Si nō credi
deritis: nō pmanebitis. Tu.

Nocte. vi. Lectio prima.
Et adiecit dñs loquē
te tibi signū a dño deo tuo
in pfundū iferni siue i excel
sum supra. Et dixit achas.
Nō pctā et nō tēprabo dñm
Et dixit Audite q̄ dom⁹ da
uid. Nūqd̄ paz vob⁹ ē mole
n. iij.

nos esse hoibus: qz molesti
estis et deo meo: p̄opt̄ hoc
dabit dñs ip̄se vobis signuz
Ecce virgo cōcipiet ⁊ pa-
riet filiū ⁊ et vocabit nomen
ei⁹ emanuel. Butyrū ⁊ mel
comedet: ⁊ v̄sciat reproba-
re malū et eligere bonum
Quāteq̄ sciat puer repro-
bare malū et eligere bonū:
derelinquet fra quā tu dete-
staris a facie duorū regum
suorū. Adducet dñs super
te et super populū tuum et
sup domū patris tui dies: q̄
non venerunt a diebus sepa-
rationis efrain a iuda cum
rege assyrioz. **Lū. Lec. ij.**

Erit in die illa sibi-
labit dñs musce que
est in extremo fluminū egypti
et veniet et requiescet oīs
in torētib⁹ vallū et i cauer-
nis petrarū et in oibus fru-
tectis: et in iuueris forami-
nibus. **I**n die illa radet
dñs innouacula cōducta in
his qui trās flumen sunt in
rege assyrioz caput ⁊ pilos
pedū ⁊ et barbā vniuersam.
Et erit i die illa nutriet hō
vaccā bouz et duas oves ⁊
p̄e vbertate lact⁹ comedet
butyrū. Butyrū enī et mel
manducabit omnis homo q̄

relictus fuerit in medio ter-
re. **Tu autem. Lectio terna**

Erit in die illa oīs
loc⁹ vbi fuerint mille
vites mille argēteis: ⁊ i spi-
nas et in vepres erūt. Cum
sagittis et arcu ingreditur
illuc. Vepres enim et spine
erūt in iuueris terra. Et oēs
mōtes q̄ i sarculo fartiētur
nō veniet illuc terro: spina-
rū et vepyrū et erit i pascuā
bouis et i cōculationē pe-
coris. Et dixit dñs ad me.
Sume tibi librū grādem ⁊ et
scribe i eo stilo hoīs: velocit̄
spolia detrahe cito p̄dare.

Et adhibui mihi testes si-
deles: vniā sacerdotem: ⁊ za-
chariā filiū barachie. Et ac-
cessi ad p̄phetissā: ⁊ cepit
⁊ peperit filiū. Et dixit dñs
ad me. Voca nomē ei⁹ acce-
lera spolia detrahete: festi-
na p̄dari: qz añq̄ sciat puer
vocare p̄ez suū ⁊ m̄ez suā:
aufere⁹ fortitudo damasci
et spolia samarie corā rege
assyrioz. **Hocte. viij. sc. i.**

Et adiecit dñs loqui
ad me adhuc dicens.
P̄zo eo q̄ abiicit ppl̄s iste
aq̄s syloe q̄ vadūt cū silētio:
⁊ assūpsit mag⁹ rasim ⁊ filiu⁹
romelie: p̄p̄ hoc ecce addu-
cet dñs sup eos aq̄s flumi-

nis fontes ⁊ mltas regē affy
rioꝝ ⁊ oēm gloriā eius.

R Et aſcēdet ſup oēs riuos
ei⁹ ⁊ fluet ſup vniuerſas ri-
pas ei⁹ ⁊ ibit p iudā inun-
dās: ⁊ trāſies vſq; ad collū
veniet. Et erit extēſio alarū
ei⁹ implēs latitudinē terre
tue o emmanuel. **Lectio. ij.**

Q Congregāmini ppli ⁊
vicimini ⁊ audite vni-
uerſe pcul tre. Cōfortami-
ni ⁊ vicimini: accigite vos ⁊
vincimini: imite pſiliū ⁊ diſſi-
pabit loq;mini vbi ⁊ nō fiet:
q; nobiſcū de⁹. Hec enī ait
dñs ad me. Sicut in forti-
manu erudit me: ne trē in
via ppli hui⁹ dicēs. Nō dica-
tis iuratio. **D**ia ei q; loqui-
tur p pſiſte coniuratio eſt.

Et timorē ei⁹ ne timeat⁹:
neq; paueat⁹. Dñm exerci-
tū ipſi ſcificatē: ⁊ ipſe pa-
uor veſter ⁊ ipſe terroꝝ veſter:
erit vob; i ſcificationē: i la-
pidē aut offentionis ⁊ i pe-
trā ſcādali duab; domib; iſ-
rael: i laqueū ⁊ i ruinā habi-
tātib; hierl; . Et offēdent ex
eis plurim⁹ ⁊ cadēt ⁊ pterēt
⁊ irretiet⁹ ⁊ capient. **L. i. iij.**

L Iga testimonium / ſi-
gna legē i diſcipulis
meis: ⁊ expectabo dñs q; abſ-
cōdit faciē ſuam a domo ta-

coꝝ: ⁊ pſolabor eum. **E**cce
ego ⁊ pueri mei: q; dedit
mihi dñs i ſignū ⁊ i potētū
iſrl: a dño exercitū q; hitat
i mōte ſiō. **E**t cū dixerint
ad vos q;rite a phtonib; ⁊ a
diuinis q; ſtridēt i icātationi
b; ſuis: nūqd nō ppli a deo
ſuo req;ret viſionē pꝛiuis ac
mortuis: Ad legē magis ⁊
ad testimoniū. **D** Si nō di-
xerint iuxta vbi hoc: nō erit
eis matutina lux. **E**t trāſi-
bit p eā ⁊ corruet ⁊ eſuriet:
⁊ cū eſurierit irafceſt: ⁊ male
dicet regi ſuo ⁊ deo ſuo. **E**t
ſuſpiciet ſurſū ⁊ ad frāſtue-
bit: ⁊ ecce tribulatio ⁊ tene-
bre ⁊ diſſolutio ⁊ anguſtia
⁊ caligo pſequēs: ⁊ nō pote-
rit auolare de anguſtia ſua

L. i. Hocte octaua. I. c. j.
Primo tpe alleuiata ē
tra z abulon ⁊ tra ne-
ptal; ⁊ nouiſſimo aggraua-
ta ē via maris trās iordanē
galilee gētū. Popul; q; am-
bulabat i tenebris vidit lu-
cē magnā hitātū i regione
ymbꝛe moꝝ lux orta ē eis
Multipli caſti gētē: non ma-
gnificasti letitia. **L**etabunt
corā te ſicut letāt i meſſe: ſi-
cut exultant victores capta
pda qñ diuidunt ſpolia. **Iu-
gū em oner; ei⁹ ⁊ egā hūeri**

ei⁹ et sceptrū extractor⁹ ei⁹ superasti sicut i die madian. Et ois violēta p̄datio cū tu multu ⁊ vestimētū mixtum sanguine erit i p̄bustionem⁹ ⁊ cibus ignis. ¶ Paruulus em̄ nat⁹ est nobis: fili⁹ dat⁹ est nobis. Et fact⁹ est p̄ncipat⁹ sup̄ humerū ei⁹ ⁊ vocabit nomen ei⁹ ammirabilis: p̄siliari⁹: de⁹ fortis: pal⁹ futuri seculi: p̄iceps pacis. Mul⁹ tuplicabit ei⁹ imperiū ⁊ pacis nō erit finis sup̄ solū dauid et sup̄ regnū ei⁹: vt p̄firmet ill⁹ ⁊ corroboret i iudicio ⁊ iustitia amodo ⁊ vsq; i sempiternū. zelus dñi exercituum faciet hoc. **L. i. Lect. ij.**

Uerbū misit dñs in iacob: ⁊ cecidit in israel. Et sciet ois ppl⁹ efrāim et hitātes samariā in supbia ⁊ magnitudine cordis dicētis. Lateres ceciderūt s; q̄dris lapidib⁹ edificauimus: sico moros succidēt: s; cedros imutabim⁹. ¶ Et eleuabit dñs hostes rasim sup̄ euz: et inimicos ei⁹ i tumulū uertet: s; yuā ab ozēte et philistinim ab occidēte: ⁊ deuora; bāt isrl̄ toto oze. In oib⁹ his nō est auers⁹ furor ei⁹: s; adhuc man⁹ ei⁹ extēta. Et populus nō est reuersus ad p̄-

cuttentē se: ⁊ dñm exercituum nō exquisierunt. **Lectio. iij.**
Rael caput ⁊ caudā in curuātē ⁊ deprimātē die vna. Lōgen⁹ ⁊ honorabilis ip̄e ē caput⁹ ⁊ p̄pheta docēs mendaciū ip̄e est cauda. Et erit q̄ b̄rificāt ppl⁹ isrl̄ seducētes: ⁊ q̄ b̄rificant p̄cipitāt. ¶ Prop̄ hoc sup̄ adolefcētulis ei⁹ non letabit dñs: et pupilloz ei⁹ et viduaz non misēbit. Et ois hypocrita: est et neq;: et vniuersum os locutū ē stultitiā. In oibus his nō est auers⁹ furor eius: sed adhuc man⁹ eius extēta. Succēsa ē enī q̄li ignis impietas: vep̄rē ⁊ spinam vora bit. Et succēdet in dēsinatē salt⁹ ⁊ cōuoluet i supbia fumi. **Roete. ix. Lectio. iij.**
In ira dñi exercituum turbata ē t̄ra: ⁊ erit ppl⁹ q̄si esca ignis. Vir fratris suo nō parceret ⁊ declinabit ad dexterā ⁊ esuriet: ⁊ cōdet ad sinistram et non saturabit. Unusq; s; carnē brachij sui uora bit: manasses efrāim ⁊ efrāim manassen: s; mul̄ ip̄i p̄tra iudā. In oibus his nō est auers⁹ furor eius: sed adhuc man⁹ eius extēta. ¶ Et q̄ p̄dūt leges iūgas

z scribētes in iustitiā scripse-
rūt: vt opprimerēt i iudicio
paupes: z vim facerēt cause
hūilū pp̄i mei: vt essent vi-
due p̄da eorū: z pupillos di-
riperēt. Quid facies i die vi-
sitationis et calamitatis desolā-
ge venietis? Quid cur cōfugie-
tis auxiliū: z vbi derelinq̄s
gl̄ias v̄raz me icuruemi sub
viculo: et cū infectis cada-
tis? Sup̄ oib̄ his nō ē auer-
sus furor ei: s̄ adhuc ma-
nus eius extenta. **Lect. ij.**

Assur. Virga furo-
ris mei z baculus ip-
se est. In manu eorū idigna-
tio mea. Quid gentē fallaces
mittā eūr: p̄tra pplm̄ furorū
mei mādabo illi: vt auferat
spolia et diripiat p̄dā: z po-
nat illū i cōculcationē quasi
lutū platearū. **I**pe autē
nō sic arbitrabit et cor eius
nō ita estimabit: s̄ ad p̄terē
dū erit cor eius: z ad inen-
tionē gēriū nō paucarū. Di-
cet ei. Nunquid nō principes
mei simul reges sūt? Nunquid
nō vt carchanis sic calāno: z
vt arphath sic emath? Nū-
quid vt damascus sic sama-
ria? Quō iuenit man⁹ mea
regna idoli? sic et simula-
chra eorū de hierusalē et de
samarita? Nūquid nō sicut fe-

ci samarie et idolis eius sic
faciam hierusalem et sum-
lachis eius? **Lectio. iij.**

Erit: cū impleuerit
dñs cūcta opa sua in
mōte sion et i hierlm̄ visita-
bo sup̄ fructū magnifici cor-
dis regis assur: z sup̄ gloriā
altitudinis oculorum eius.

Dixit enī. In fortitudine
man⁹ mee feci: z i sapientia
mea intellexi. Et abstuli ter-
minos populorū: et princē-
pes eorū dep̄dat: sum: z de-
traxi quasi potēs in sublimi
residētes. Et inuenit q̄si ni-
dū man⁹ mea fortitudinē po-
pulozū: et sicut colliguntur
oua q̄ derelicta sunt: sic in-
uersam trā ego p̄gregaui: et
nō fuit q̄ moueret p̄nam et
aperiret os z gannret. **Lx.**

Hocte. x. Lectio prima.

Nunquid gl̄iabit secur⁹
p̄tra eū q̄ secat i ea:
aut exaltabit ferra p̄tra eū
a q̄ trahit? Quō si eleuetur
p̄ga p̄tra eleuatē se: z exal-
tetur bacul⁹ qui vtiq̄ lignū
est. **P**ropt̄ hoc mittet do-
mitator dñs exercitū i pun-
guib⁹ ei⁹: z subtus
gloria eius succēsa ardebit
quasi p̄bustio ignis. Et erit
lumē israel in igne: z sanc⁹
ei⁹ i flamma. Et succēdetur

et deuorabit spina ei⁹ et ve-
pres i die vna: ⁊ g'ia saltus
ei⁹ ⁊ carmeli ei⁹ ab aia vsq;
ad carne psumet. Et erit ter-
rore pfug⁹ ⁊ reliq; ligni sal-
tus ei⁹ p'ie paucitate nume-
rabunt: et puer scribet eos.

Erit in die **Rec. ii.**

illa non adijciet resi-
dium israel: ⁊ hi q' fugerunt de
domo iacob inniti sup eo q'
pcurrit eos: sed innitet super
dn̄s sc̄m̄ isrl. In v̄itate reli-
quie cōuertētur: reliq; in q'
iacob ad deū fortē. Si enim
fuerit pp̄s tuus isrl q̄si are-
na maris: reliq; cōuertētur
ex eo. Cōsummatio abbrevia-
ta iundabit iustitiā. Cōsum-
mationē enī et abbreviatio-
nē dn̄s de⁹ exercitiū faciet
i medio ois t're. **P**ropter
hoc hec dicit dn̄s de⁹ exerci-
tiū. Noli timere pp̄s me⁹
habitator sion ab assur. In
v̄ga enī pcurtiet te: et bacu-
lū suum leuabit super te in
via egypti. Adhuc enī pau-
lulū modicūq; ⁊ p̄summa-
bitur idignatio mea ⁊ furor
me⁹ sup scel⁹ eorum. Et su-
scitabit super eū dn̄s exerci-
tiūm flagellū iuxta plagas
madian in petra oreb: ⁊ vir-
gā suam super mare: et leua-
bit eam in via egypti. **lc. iij.**

Erit i die illa aufe-
retur onus ei⁹ de hu-
mero tuo: et iugū ei⁹ de col-
lo tuo: et cōputrescet iugū a
facie olei. Uēiet i aiath trās-
ibit i magrō: apd magmas
cōmēdabit vasa sua. Transie-
rit cursim: gabee sedes no-
stre. **O**bstupuit rama: ga-
baath saulis fugit. **H**innivo-
ce tua filia gallim: attende
laysia pauperula anathot.
Higrauit medemena: hita-
tores gabi pfortamini. **A**d
huc dies ē: vt i nobe stetur.

Ergitabit manū suā sup
mōtē filie sio: et collē h̄ier̄z
Ecce enī dn̄ator dn̄s exer-
citiū p̄fringet lagūculaz in
t'rore: et excelsi statura succi-
dent: et sublimes hūiliabūt
Et subuertēt p̄dē a salt⁹ ei⁹
ferro: ⁊ liban⁹ cū excelsis ca-
det. **Hocte. xi. Rec. prima**

Egrediet virga de
radice esse: et flos de
radice ei⁹ ascēdet: ⁊ req̄scet
super eum spūs dn̄i: spūs sa-
piētie ⁊ intellect⁹: spūs p̄silij
et fortitudinis: spiritus sciē-
tie et pietatis: ⁊ replebit eū
spiritus timoris dn̄i. Non
secundū visionē oculorū iu-
dicabit: neq; secundū audi-
tū aurium arguet. Sed iudic-
abit in iustitia pauperes:

et arguet in eqtate p māsue
tis terre. Et pcutiet terram
virga ouis sui ⁊ spū labiorū
suorū infliciet ipiū. Et erit
iustitia cingulū lūborū ei⁹ ⁊
fides cinctorium renū eius.

Habitabit lup⁹ cū agnō
et pardus cū hedo accuba
bit. Vitulus ⁊ leo et ouis si
mul morabūtur: ⁊ puer par
uulus minabit eos. Vitul⁹
er⁹: sus pascetur simul reque
scent catuli eorū. Leo quasi
bos comedet paleas. Et de
lectabit infās ab vberes sup
foramine aspīdis: ⁊ i cauer
na reguli q̄ ab lactat⁹ fuerit
manū suā mittet. Non noce
būt ⁊ nō occidēt in vniuerso
mōte sc̄to meo: q̄ repleta ē
terra scientia dñi: sicut aque
maris operiētis. **Lectio. ii.**

In die illa radix iesse
q̄ stat in signū p̄porū
ipm gentes dep̄cabitur: et
erit sepulchū ei⁹ gloriofus.
Et erit i die illa adijciet do
min⁹ sc̄do manū suā ad possi
dedū residuū p̄p̄i sui q̄ ore
linq̄tur ab assyrijs ⁊ ab egypto
⁊ a phetris ⁊ ab ethio
pia ⁊ ab elam⁹ ⁊ a sennaar ⁊
ab emath⁹ ⁊ ab insultis maris

Et leuabit signū in natio
nes: ⁊ congregabit p̄fugos is
rael. Et disperfos iuda colli

get a quattuor plagis fre:
et auferet zel⁹ effraim: ⁊ ho
stes iuda peribūt. Effrai nō
emulabit iudā: ⁊ iudas non
pugnabit ⁊tra effrai. Ero
labūt in hūeros philistinū p̄
mare simul p̄da bunt filios
oriētis. Hydumea et moab
p̄ceptur man⁹ eorū: et filij
amon obediētes erūt. **It. iij.**

Et desolabit dñs lin
guā maris egypti: et
eleuabit manū suam sup flu
mē i fortitudine spūs sui: et
pcutiet eū in septē riuīs ita
vt trāseant p̄ eā calciati. Et
erit via residuo p̄p̄o meo q̄
reliquet ab assyrijs: sicut fu
it israeli in die illa q̄ ascēdit
de tra egypti. **E**t dices i
illa die. Consitebor tibi dñe
qm̄ irat⁹ es mihi: ⁊ uersus est
furoz tu⁹: et consolat⁹ es me.
Ecce de⁹ saluator me⁹: fidu
cialiter agāz nō timebo. Q̄
fortitudo mea et laus mea
dñs: ⁊ fact⁹ est mihi i salutē.
Haurietis aq̄s i gaudio de
fontib⁹ saluatoris: ⁊ dicetis
in illa die p̄tēmini dño: ⁊ i
uocate nomen ei⁹. Notas fa
cite i p̄p̄is adinuetōes ei⁹:
memērote qm̄ excel sū est no
men ei⁹. Cātate dño qm̄ ma
gnifice fecit: annūciate hoc
in vniuersa tra. Exulta ⁊ lau

da habitatio sion: qz magn⁹
in medio tui sanctus israel.

Hocce. xij. Lectio prima

O A⁹ babilōis: qd vidit
esayas fil⁹ amos. Su
per mōtē caliginosū leuate
signū: exaltate vocē/ leuate
manū et ingrediant portas
duces. Ego mandavi scifi
catis meis/ et vocavi fortes
meos in ira mea: exultātes
in gl^{ia} mea. Vox multitudi
nis in mōtīb⁹ quasi p^{ro}foruz
frequentū: vox sonit⁹ regū gē
tūū gregatarū. Dñs exerci
tūū pcepit milite belli: ve
niētib⁹ de fra pcul. Alūmē
tate celi dñs et vasa furoris
eius: vt dispdat oēm terrā.

E Alulate qā ppe est dies
dñi: qz va^litas a dño veniet
p^{ro}pter hoc oēs man⁹ dis
soluent⁹: et oē cor hoīs tabe
scet/ pteret. Fortiōes et do
lores tenebūt: quasi partu
riēs dolebūt. Anusq⁹ ad p
ximum suū stupebit⁹ facies
cōbuste vultus eorum. **c. ii.**

E Cecidit dies domini veni
t crudelis et indigna
tionis plenus et ire furorisq⁹
ad ponēdā terrā in solitudi
nē/ et p^{ro}terōes ei⁹ p^{ro}terendos
de ea: qm̄ stelle celi et splen
dor eaz nō expādēt lumen
suū. Obtenebrat⁹ est sol i or

tu suo: et luna nō splēdebit
in lumine suo. Et visitabo sup
orbis mala: et p^{ro}tra ipsos in
quitatē eorū. Et q^uescere fa
ciā sup^{er}bia infidelū: et arro
gantiā fortūū hūiliabo. Pie
ciosior erit vir auro: et hō mū
do obulso. Sup hoc celum
turbabo/ et mouebit fra de
loco suo: p^{ro}pter indignatio
nē dñi exercitūū et p^{ro}pter diē
ire furoris ei⁹. Et erit quasi
dāmula fugiēs/ et q^ui aus⁹
nō erit q^u greges. **E** Anus
quisq⁹ ad pplm̄ suū uertet
et singuli ad terrā suā fugiēt
Dñs q^u inuēt⁹ fuerit occide
tur: et oīs q^u supuenerit cadet
in gladio. Infantes eorū ali
lidētur in oculis eorū: diri
piētur dom⁹ eorū: et vxores
eorū violabunt. Ecce ego su
scitabo sup eos medos/ q^u ar
gētū nō q^u rāt/ nec aux⁹ velit:
sed sagittis puulos interfici
ant/ et lactantibus vtēris nō
miserabunt: et sup filios non
parcat ocul⁹ eorū. **Lectio. iij.**

E Erat babilon illa ci
uitas gl^{io}sa i regnis
incl^opta in superbia chaldeo
rum: sicut subuertit dñs fo
domā et gomorā. Nō habi
tabit vsq⁹ in finē: et nō funda
bitur vsq⁹ ad gnationē et ge
nerationē. **E** Nec ponet ibi

tentoria arabs nec pastores
 requiescēt tibi bestie: et reple
 bunt domus eorum draconibus
 Et habitabunt ibi struones
 et pilosi saltabunt tibi et ride
 bunt tibi iule i edibus ei: et sire
 ne in delubris voluptatis.

Hoete. xliij. Actio prima.

Prope est ut veniat tē
 pus eius et dies eius
 non elongabunt. Miserebit
 enī dñs iacob eliget adhuc
 de israel: et requiescere eos
 faciet sup humū suā. Adiu
 get aduena ad eos: et adhe
 rebit domui iacob. Et tene
 bunt eos populi: et adducēt
 eos in locū suū. Et posside
 bit eos domus israel sup fraz
 domini in seruos et ancillas:
 et erūt capiētes eos q se ce
 perant: et subiciēt exacto
 res suos. **¶** Et erit in die il
 la cū requie dederit tibi de
 us de labore tuo: et a percussio
 ne tua et a fuitute dura qua
 ante seruisti: fumes parabo
 lā istā ptra regē babiloniz
 dices. Quomō cessauit era
 ctor: quieuit tributum: Lō
 truiuit dñs baculū impiorū/
 virgam dominantium cedē
 tem populos in indignatio
 ne/plaga insanabili: subici
 entē in furore gentes: perse
 quentē crudeliter. **Actio. ij.**

Quēdit et siluit om
 nis terra: gaudia est
 exultauit: abietes quoq; le
 tate sunt super te: et cedri li
 bani. Ex quo dormisti: non
 ascendit q succidat nos. In
 fernus subter te perturbatus
 est: in occursum aduētus tui
 suscitauit tibi gigantes. Om
 nes principes terre surrexe
 runt de solis suis: oēs prin
 cipes nationum: inuērsū re
 spondebūt et dicent tibi. Et
 tu vulneratus es sicut et nos
 nī similis effectus es. Detra
 cta est ad inferos superbia
 tua: cōcidit cadauer tuum.
 Subter te sternet tineā: et
 operimētū tuū erūt vermes

¶ Quō cecidisti de celo lu
 cifer q mane oriebaris: Lor
 ruisti in terrā q vulnerabas
 gētes: qui dicebas in corde
 tuo. In celum ascēdā: super
 astra dei exaltabo solū me
 um: sedebō in mōte testamē
 ti: in laterib; aquilonis: ascē
 dā sup altitudinem nubū: si
 militis ero altissimo. Verūt
 ad infernum detraheris in
 profundis lacu. Qui te vide
 rint ad te inclinabunt: teq;
 prospicient. Nunqd iste est
 vir qui conturbauit terram/
 qui concussit regna: qui po
 suit orbem desertum et vi

bes ei⁹ destruxit: Vincit⁹ ei⁹
nō aperuit carcerē. **Lco. 11.**

Omnēs reges gētiū
vniuersi dormerūt in
grā vir in domo sua: tu autē
plect⁹ es de sepchro tuo q̄
si stirps inutilis pollut⁹ et ob-
uolur⁹: cū hisq̄ infecti sunt
gladio: et descēderūt vsq̄ ad
fundamenta laci. Quasi ca-
dauer putridum non habe-
bis sfortium: neq̄ cū eis in
sepultura. Tu enī terrā tuā
disperdidisti: tu pplz tuū occi-
disti. Non vocabit⁹ inefnū se
mē pessimor. Preparare fili-
os ei⁹ occisiō: i iniq̄tate pa-
trū eorū. Nō p̄surgent: neq̄
hereditabūt terrā: neq̄ in-
plebūt faciē orbis ciuitatū
Et p̄surgaz super eos dicit
dñs exercitū: p̄dā babilo-
nis nomē: et reliq̄as et germē
et p̄gentes dicit dñs. Et po-
nam eā in possessionē ericij
et in palludes aquarū: et sco-
pabo eā i sco pa terenis dicit
dñs exercitū. **I**urauit
dñs exercitū dices. Si nō
vt putauit ita erit: et quomō
mēte tractauit sic eueniet: vt
pterā assyrū in fra mea: et in
montib⁹ meis p̄ulcē eū: et
auteretur ab eis iugū ei⁹: et
on⁹ illi⁹ ab hūero eorū tollet.
Hoc p̄siliū q̄ cogitauit sup

oēm frā: et hec ē man⁹ extēta
sup vniuersas gentes. Dñs
exercitū decreuit: et q̄s po-
terit infirmare: Et man⁹ ei⁹
extēta: et quis auertet eam?

Hoc. xliij. Lectio. 4.

In anno q̄ mortu⁹ est
rex achas factum est
on⁹ istud. Ne leter⁹ philistea
ois tu: qm̄ cōminuta est vir-
ga percussoris tui. De radi-
ce enī colubū egrediet regu-
lus: et semē ei⁹ a borobēs vo-
lucrē. Et pascēt primoge-
nita pauperū: et paupes fidu-
cialiter req̄scent: et interire
faciā in fame radicem tuā: et
reliq̄tas suas interficiam.

Ulula/ porta/ clama ciui-
tas: p̄strata ē philistea ois.
Ab aq̄lone enī sum⁹ veniet:
et nō est q̄ effugiat agmē ei⁹.
Et quid r̄debitur nuncijs
gētis: Quia dñs fundauit
sion: et in ipso sperabūt pau-
peres populi eius. **Lco. 11.**

Ouas moab. Nocte
vastata ē ar/ moab cō-
ticuit: qz nocte vastatus est
murus/ moab p̄ticuit. Ascē-
dit dom⁹ dibon ad excelsā i
planctū/ sup nabo/ et sup me-
daba moab ululabit. In cū
etis capitib⁹ eius caluiciū:
et ois barba radeb. In tri-
uijs ei⁹ accincti sūt sacco su

per tecta ei⁹ ⁊ in platetis ei⁹
ois vlulat⁹ descēdet in fletū.
Clamauit efebō et eleale:
vsq; iasa audita est vox eoz
Super hoc expēdit moab
vlulabūt: anima eius vlula
bit sibi. **C**or meū ad moab
clamabit: vectes ei⁹ vsq; ad
segor vitulā ⁊ ternatē. Per
ascensū eni luith flens ascē
det: ⁊ in vla oronaym clamo
rē prittidōs leuabit. Aque
eni nērim defte erūt: q; aru
it herba/ defecit germē viro:
ois interijt. Sed; magnitu
dinē optis/ ⁊ visitatio eozum
Ad torrentē salicum ducēt
eos qm̄ circuibit clamor ter
minū moab. Usq; ad galliz
vlulat⁹ ei⁹/ ⁊ vsq; ad puteuz
heli clamor ei⁹: q; aq; dibon
replet sūt sāguie. Ponā enī
sup dibon additamenta his
q; fugerint de moab leonez:
⁊ reliquis terre. **Lectio. iij.**

Editte agnū dñe dñā
torē terre/ de petra de
ferti ad mōtem filie sion. Et
erit sicut auis fugiens ⁊ pul
li de nido auolātes: sic erūt
filie moab in trāscēsu armō.

Eni consiliū coge ⁊ siluz:
pōne quasi noctē ymbriā tuā
in meridie. Absconde fugiē
tes/ ⁊ vagos ne pdas. Iba
bitabūt a pud te ⁊ pfugi mei.

⁊ Boab esto latibulum eozū
a facie vastatoris. Finit⁹ est
eni puluis ⁊ summat⁹ est mi
ser: defecit q; cōculcabat ter
rā. Et preparabit in mīa so
lū: ⁊ sedebit sup eū i ditate
in tabernaculo dauid: iudi
cans et querēs iudiciū/ ⁊ ve
lociter reddens qd iustū est

Nocte. xv. Lectio prima

Adiuim⁹ supbiā mo
ab: superb⁹ est valde.
Supbia ei⁹ ⁊ arrogātia ei⁹
et indignatio ei⁹/ plusq; for
titudo ei⁹. Ideo vlulabit
moab: at moab vntuers⁹ vlu
labit. Ihs q; letant sup mu
ros cocti later/ loqm̄ni pla
gas suas: quoniā suburbas
na efebōn deserta sūt. Et vi
neā sabama/ dñi gēriū exci
derunt. Flagella ei⁹ vsq; ad
tazer puenerunt: errauerūt
in deserto: ppagnes ei⁹ re
licte sunt/ transierunt mare.
Sup hoc plorabo i fieru ta
zar ⁊ vineā sabama. Inebri
abo te lachryma mea efebō
et eleale: qm̄ sup videmā tu
am/ et super messem tuā vox
calcantiū irruit. Et aufere
tur letitia ⁊ exultatio de car
melo: ⁊ in vineis non exulta
bit neq; iubilabit. Vinum in
torculari non calcabit q; cal
care cōstauerat: vocem cal
o. j.

cātū abstulit. **S**uper hoc
veter meus ad moab quasi
cithara sonabit et viscera
mea ad muz cocti later. Et
erit cū apparuerit qd labo-
rauit moab sup excelsis su-
is/ingrediet ad facta suayt
obsecrēt et nō valebit. Hoc
verbū qd locut⁹ est dñs ad
moab extū: et nūc locutus
est dicens. In tribus annis
quasi anni mercenarij au-
feretur glia moab sup oī po-
pulo multo: et relinquet i eo
sicut racem⁹ paruus et modi-
cus nequaquā mult⁹. *Ued. ii.*

O Damasci. Ecce da-
masc⁹ desinet esse ciuitas
et erit sicut aceru⁹ lapidū
i ruina. Derelicta ciuita-
tes aroer gregib⁹ erūt et re-
quiescēt ibi: et nō erit qd ex-
terreat. Et cessabit adiutorius
ab effraim/ et regnū a dama-
sco/ et reliq̄e syrie sicut glia
filioy isrl⁹ erūt dicit dñs ex-
ercitū. **E**t erit in die illa
attenuabit glia iacob/ et pin-
gues carnes ei⁹ marcescent⁹
et erit sicut congregas in messe
qd restiterit: et brachiū eius
spicas leget. Et erit sicut q-
rens spicas i valle raphaim
et reliquet i eo sicut racem⁹
et sicut excussio oleo duar⁹ vl-
triū oliuar⁹ i sumitate rami/

siue quattuor aut quas. In
cacuminib⁹ ei⁹ fruct⁹ ei⁹ di-
cit dñs de isrl⁹. In die illa in-
clinabit hō ad factorē suū et
oculi ei⁹ ad sc̄m isrl⁹ respici-
ent: et nō inclinabit ad alta-
ria q̄ fecerūt man⁹ ei⁹ et que
opati sūt digiti ei⁹: nō respi-
cient lucos et delubra. *ic. iii.*

In die illa erūt ciuita-
tes fortitudinis ei⁹ de-
relicte sicut aratra. et sege-
tes q̄ derelicta sūt a facie fi-
lioy isrl⁹: et erūt destra q: obli-
ta es dei saluator⁹ tu⁹: et for-
tis adiutor⁹ tuū nō es reco-
data. Propterea plātabis
plārationē infidelem: et ger-
men alienus seminabis. In
die plārationis tue labrusca
et mane semen tuū floreat.
Abblata est messis i die here-
ditatis et dolebit grauer.

Et multitudo p̄ploꝝ
m̄troꝝ multitudo mar⁹ sonā-
tis et tumult⁹ turbaz/ sicut
sonit⁹ aquaz multaz. Sona-
būt p̄p̄i sicut sonit⁹ agrū tu-
undāriū: et increpabit eūz in-
giet p̄cul: et rapiet sicut pul-
uis mōrtū a facie vēti/ et sicut
turbo corā tēpestate. In tpe
vespe/ et ecce turbatio: i ma-
tutio et nō subsistet. Hoc est
pars eoz q̄ stauerūt nos: et
fors diripientium nos. Lu.

Circa puata nocte post circūci. dñi iponit eple pauli
r lectioes et eis v̄rnuant p
oēs puatas noctes vsq; ad
lyr. Lectio. i. Incipit epla
beati pauli apli ad romanos.

Paulus seruus iesu xpi
vocat a pls / segrega
r i euāgelii dei qd añ pmi
serat p pphetas suos i scri
pturis sc̄tis de filio suo / q̄ fa
ctus est ei ex semie dauid se
cū dū carne / q̄ predestinat⁹
est fili⁹ dei d̄vitate sc̄dm sp̄m
sc̄tificatiōis ex resurrectione
mortuorū iesu xpi dñi nr̄i: p
quē accepim⁹ gr̄am r a pls
tū ad obediendū fidei i oib⁹
gentib⁹ p̄noie eius in qui
b⁹ estis r vos vocati iesu xpi
oib⁹ q̄ sunt rome dilect⁹ dei
vocatis sc̄tis. Gr̄a vobis et
pax a deo p̄re et dño nostro
iesu xpo. **C** Primum quidē
gr̄as ago deo meo per iesu
xpm p oib⁹ vobis: q̄ fides
v̄ra annūciat i vn̄uerso mū
do. Testis ei mihi est deus
cui seruiō i sp̄u meo i euāge
lio filij ei⁹: q̄ sine inf̄missiōe
memoriam v̄ri facio semp i
orōnibus meis: obsecrās si
quo mō tandē aliqñ p̄serū
iter habeā involūtate deive
mendi ad vos. Desidero enī
videre vos: vt aliqd̄ imp̄tar

vobis gr̄e sp̄ialis ad cōfir
mādos vos: id ē simul sola
ri i vob⁹ p eā q̄ fruct⁹ est fide
v̄ram atq; meā. Tu. 2. cō. 4.

Nolo alit̄ vos ignora
re fr̄es: q̄ sepe ppo
sui venire ad vos r p̄hibe⁹ sū
vsq; adhuc: vt aliqñ fructū
habeā in vobis sicut r i cete
ris gētib⁹. S̄c̄dis ac barba
ris sapiētib⁹ r insipiētib⁹ de
bito: sumāta q̄ in me prom
ptum est et vobis qui rome
estis euāgelizate. Non enī
erubesco euāgelium. Vir
tus enim dei est in salutē of
credenti iudeo p̄imū r gre
co. Iustitia enī dei in eo re
uelatur ex fide in fide: sicut
scriptum est. Iustus autem
ex fide viuit. **C** Reuelatur
enī ira dei de celo super om
nem impietatem r iniustiti
am hominū: eorum qui verit
tate dei in iustitia detinent:
quia quod notuz est dei ma
nifestum est in illis. Deus
enim illis reuelauit. Inuisi
bilia enī ip̄s a creatura mū
di per ea q̄ facta sunt intelle
cta cōspiciunt: sempiterna
quoq; eius virtus et diuini
tas: ita vt sint inexcusabiles
Quia cū cognouissent deū
non sicut deum gloriificau
runt aut gratias egerūt: s̄
d. h.

evanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapiētes? stulti facti sunt. Lu. **Lectio. iij.**

Et mutauerūt gl'iam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs? et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propt' quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiā? ut contumelijs afficiāt corpora sua? in semetipsis. Quia? mutauerunt veritatē dei in mēdaciū? et coluerūt et seruiuerunt creature potius q̄ creatori: qui est benedictus in secula amē. Propterea tradidit illos de? in passiones ignominie. Nā femine eorū imutauerūt naturalē vſū in eū vſū qui est contra naturā. Similiter autē et masculi relicto naturali vſu femie exarserūt in desiderijs suis inuicē? masculi in masculos turpitudines operātes: et mercedē quam oportuit erroris sui in semet ipsis recipētes. **E**t sicut nō pbauerūt deū habere in notitia? tradidit illos de? in reprobū sensum? faciāt ea que non cōueniūt? repletos omni iniquitate? malitia? for-

nicate? avaricia? nequicia? plenos iudicia? homicidio? cōtētiōe? dolo? malignitate? furrones? detractores? vobis? odibiles? et timeliosos superbos? elatos? inuētores malorum? parentibus? nō obediētes insipientes? incōp ositos? sine affectione? absq; federe? sine misericordia. Qui cū iustitiā dei cognouissent nō intellexerunt qm̄ q̄ talia agunt digni sunt morte? nō solū q̄ ea faciūt? etiā q̄ consentiūt faciētib?.

Secunda nocte. Lect. i.

Propter quod inexcusabilis es o hō oīs q̄ iudicas. In quo enī iudicas alterū? teipm̄ cōdēnas. Eadem ei agis q̄ iudicas. Scimus enī: qm̄ iudiciū dei est secundū veritatē in eos q̄ talia agūt. **E**t iustitias autē hoc o hō q̄ iudicas eos q̄ talia agūt? et facis ea? quia tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis prētēnis? Ignoras qm̄ benignitas dei ad pniām te adducit? Scdm̄ autē duriciā tuam et impenitens cor? thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicii dei? q̄ reddet vnicuiq; scdm̄ o perā eius. **H**is quidē q̄ scdm̄ pa-

tientiam boni operis gl'iaz et honorē et icorruptionē que renti b' vitā eternā. His autē q' sunt ex cōtentiōe et q' nō ac quiescūt veritati: credūt autē iniquitatē irā et indignatio: tribulatio: et angustia in omnē aīam hoīs operant' malum: iudei primū et greci. **Rec. ij.**

Gloria autē et honor et pax oī opanti bonū iu deo primū et greco. Non enī est acceptio personarū apud deū. Quicūq' enī sine lege peccauerunt: sine lege peribunt: et quicūq' in lege peccauerūt: p' legem iudicabunt. Nō enī auditores leg' iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabuntur.

Cū enī gentes q' legē non habēt naturaliter ea que legis sunt faciunt: et eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendit op' legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorū et inter se muticē cogitationū accusantiū: aut etiā defendentiū: in die cū iudicabit deus occulta hoīm: secundū euāgelū meū p' iesuz christū. **1. iij.**

Sicut autē tu iudeus cognominaris et requiescis in lege: et gloriaris in deo et

nostri voluntatē eius: et probas vtiliora instruat' p' legē confidis teipm esse ducē ce cozū: lumē eozū qui in tenebus sūt: eruditorē insipientium: magistrū infantū: habētē formā sciētie et veritatis in lege: qui ergo aliū doces teipm nō doces. Qui predicas nō furandū furaris: qui dicitis nō mechandū mecharis. Qui abominaris idola sacrilegiū facis. Qui in lege gloriaris: per p'uaricationē leg' deū inhonoras. Nomē enī dei per vos blasphematis in gentes: sicut scriptū est Circūcisio quidē prodest si legē obserues: si autē p'uaricator: leg' sis: circūcisio tua preputiū facta est. **¶** Si igitur preputiū iustitias legis custodiat: nōne p'putiū illi in circūcisionē reputabitur? Et iudicabit id qd ex natura est p'putiū legē cōsumās te: qui per litterā et circūcisionē p'uaricator es legis. Nō enī q' in manifesto iudeus est: neq' q' in manifesto in carne ē circūcisio: q' in abscondito iudeus est et circūcisio cordis in spū non littera: cuius laus nō ex hominibus sed ex deo

est. **¶ Hoete. iij. sc. 4.** Quid ergo amplius tu o. iij.

deo ē aut q̄ vtilitas circūcl
fionis: Multū per oēm mo-
dū. Prīmū q̄dem? q̄ credita
sunt illis eloquia dei. Quid
enī si q̄dā illoꝝ non credide-
runt? Nūquid incredulitas
illoꝝ fidem dei euacuauit?
Abfit. Est autē deus verax
oīs autē homo mendax sicut
scriptū est: vt iustificeris in
sermonibus tuis/et vincas
eū iudicaris. **S**i autē in-
quitas nostra iustitiā dei cō-
mēdat: q̄d dicemus? Nun-
quid iniqu⁹ est deus? qui in-
fert irā? Secundū hoīem di-
co. Abfit. Alloquin⁹ quō iu-
dicabit deus hunc mundū?
Si enī veritas dei i meo mē-
dacio abūdauit in gloriā ip-
sius: quid adhuc et ego tan-
q̄ peccator iudicor et nō si-
cut blasphemamur: et sicut
autē q̄dam nos dicere: facia-
mus malayt veniant bona?
Quoꝝ dānatio iusta ē. **R. H.**

Quid ergo? Precelli-
mus eos? Nequaquā.
Lausati enim sum⁹ iudeos
et grecos omnes sub pecca-
to esse: sicut scriptū est. **N**ō
est iustus quisq̄: nō est
intelligens: nō est requirēs
deū. Omnes declinauerūt:
simul inutiles facti sunt: nō
est q̄ faciat bonū non est vsq̄

adynū. Sepulchrū patens
est guttur eoy: lingua suis
dolose agebāt: venenū aspi-
dū sub labijs eoyū. Quozuz
os maledictione et amartu-
dine plenū est: veloces pe-
des eoy ad effundendū san-
guinē. Contritio et infelic-
tas in visis eoyū: et viam pa-
cis nō cognouerūt: nō est tri-
mor dei ante oculos eoyū.

Scimus autē quoniam q̄
cūq̄ lex loquit̄ his qui in le-
ge sunt loquit̄: vt oēs ob-
struatur et subditus fiat om-
nis mūdus deo: quia ex ope-
rib⁹ legis non iustificabitur
oīs caro corā illo. Per legē
enī cognitio peccati. **R. ut**

Nunc autē iustitia dei
sine lege manifestata
est: testificata a lege et pro-
phetis. Iustitia autē dei p̄
fidem iesu chrysti: in omnes
et super oēs qui credunt in
eum. Nō enim est distinctio.
Omnes enim peccauerūt
et egent gloria dei: iustifica-
ti gratis per gratiā ipsius
per redēptionē q̄ est in chy-
stoesu: quē proposuit deus
propitiatorē per fidem in
nē iustitie sue p̄pter remis-
sionē precedentū delictorū
in sustentatione dei: ad

ostensionē iustitie ei⁹ in hoc
 tēporē: vt sit ipse iust⁹ et ius-
 tificans eū qui ex fide est ie-
 su christi. Ubi est ergo glo-
 riaratio tua: Exclusa est. Per
 quā legem: Factorū: Non
 Sed per legē fidei. Arbitra-
 mur enī iustificari homines
 per fidē: sine operib⁹ legis.

An iudeoz de⁹ tantum?
 Nōne et gentiū: immo ⁊ ge-
 tiū. Quoniā quidē vāus est
 de⁹ q̄ iustificat circūcisionē
 ex fide: et p̄putium per fi-
 dē. Legē ḡ destrumus p̄ fi-
 dem: Absit. Sed legeꝝ sta-
 tuimus. **Hocte. iij. Lect.**

Quid ergo dicemus i-
 venisse a abrahā patres
 nostrū secundū carnem: Si
 enī abrahā ex operibus ius-
 tificat⁹ est: habet gloriā?
 sed non apud deū. **Q**uid
 enim dicit scriptura: Credi-
 dit a abrahā deo: et reputatū
 est illi ad iustitiam. Et autē
 q̄ operatur merces non im-
 putatur secundū gratiā: sed
 secundū debitū. Et vero qui
 non operat: credenti autē i-
 eū qui iustificat impiū repu-
 tatur fides eius ad iustitiā
 secundū propositum gratie
 dei: sicut et dauid dicit bea-
 titudinē hoīs cui deus acce-
 pto fert iustitiā sine operi-

bus. Beati quorum remisse
 sunt iniquitates: et quorum
 tecta sunt peccata. Beatus
 vir cui nō imputauit domi-
 nus peccatū. **Lectio sc̄da.**

Beatitude ergo hec in
 circūcisione tm̄ ma-
 net: an etiā in p̄putio: Di-
 cim⁹ enī: quia reputata est
 abrahe fides ad iustitiā.
 Quomodo ergo reputata
 est: In circūcisione: an in p̄-
 putio: Non in circūcisione:
 sed in p̄putio. **E**t signū
 accepit circūcisionis signa-
 culū iustitie fidei q̄ est in p̄-
 putio: vt sit pat̄ omnū cre-
 dentū per p̄putiū: vt rea-
 putetur et illis ad iustitiā
 Et sit pater circūcisionis:
 nō his tantū que sunt ex cir-
 cūcisione: sed et his q̄ sectā-
 tur vestigia fidei q̄ est in p̄-
 putio patris nostri abrahe
 Non enim per legē promissio
 abrahe aut femini eius
 vt heres esset mūdi: s; p̄ ius-
 titiā fidei. Si enī q̄ ex lege
 heredes sūt: exinanita est fi-
 des: abolita est p̄missio. **L. iij.**

Lex enī tram operat⁹
 Ubi enī nō est lex: nec
 p̄uaricatio. Ideo ex fide:
 vt secundū gratiā firma sit
 p̄missio omni femini. Non
 ei qui ex lege est solū: sed et
 o. iij.

et qui ex fide est ab: ahe qui
 est pater omnium nostrum: si-
 cut scriptum est. Quia patres
 multarum gentium posui te an-
 te deum: cui credidisti: qui vi-
 uificat mortuos: et vocat ea
 que non sunt: tanquam ea que sunt.
 Qui contra spem in spe cre-
 didit: ut fieret pater multarum
 gentium: secundum quod dictum est ei.
 Sic erit semetipsum: sicut stel-
 le celi et arena maris. Et non
 infirmat: est in fide: nec con-
 sideravit corpus suum emortuum
 cum iam fere centum esset an-
 norum: et emortuum vuluam sare.
En re promisside etiam dei
 non hesitavit diffidentia: sed
 confortatus est fide: deus glo-
 riam deo: plenissime sciens:
 quia quecumque promissit deus
 potens est et facere. Ideo et re-
 putatum est illi ad iustitiam.
 Non est autem scriptum tantum pro-
 pter ipsum quod reputatum est illi
 ad iustitiam: sed et propter nos
 quibus reputabitur credenti-
 bus in eum qui suscitavit te-
 sum christum dominum nostrum: a
 mortuis: qui traditus est pro-
 pter delicta nostra: et resurre-
 xit propter iustificationem nostram.

Hocte. v. Lectio prima.

Iustificati ergo ex fide
 pacem habeamus ad deum
 per dominum nostrum iesum

christum: per quem habemus
 accessum per fidem in gratiam
 istam: in qua stamus et gloria-
 mur in spe glorie filiorum dei.
 Non solum autem: sed gloria-
 mur in tribulationibus: scien-
 tes quod tribulatio patientiam
 operatur: patientia autem proba-
 tionem: probatio vero spem. Spes
 autem non confundit: quia chari-
 tas dei diffusa est in cordibus
 nostris: per spiritum sanctum quod datus
 est nobis. **¶** Ut quid enim christus
 cum adhuc infirmi essemus: secun-
 dum tempus pro impiis mor-
 tuus est: Atque enim pro iusto quis
 moritur. Nam pro bono forsitan
 quis audeat mori: **Lect. II.**

Quoniam datur autem cha-
 ritatem suam deus in no-
 bis: quoniam si cum adhuc pec-
 catores essemus: secundum tem-
 pus: christus pro nobis mortuus
 est. Multo igitur magis nunc
 iustificati in sanguine ipsius
 salvi erimus: ab ira per ipsum. Si
 enim cum inimici essemus: recon-
 ciliati sumus deo per mortem
 filii eius: multo magis recon-
 ciliati salvi erimus: in vita ip-
 sius. **¶** Non solum autem: sed et
 gloriamur in deo per dominum
 nostrum iesum christum pro que-
 nunc reconciliationem acce-
 pimus. Propterea sicut per
 unum hominem peccatum in hunc

mundū intrauit et per peccatū moysi: et ita in omnes hoīes moysi pertrāsiſt: i quo oēs peccauerunt. **Lec. iii.**

Uſq; ad legē enī peccatum erat in mundo peccatū autē nō imputabatur cū lex nō eſſet: ſ; regnauit moysi ab adam vſq; ad moysen: etiā in eos qui non peccauerūt ſi ſimilitudinem ſuaricationis adē: q̄ eſt forma futuri. S; nō ſicut delictū ita et donū. Si enī vnū delicto mlti mortui ſūt multo magis gratia dei et donū: in grā vnus hoīs ieſu chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnū peccatū ita et donū. Nā iudiciū qdē ex vno in condēpnationem: grā autē ex multis delictis i iuſtificationē. Si enī vnus delicto moysi regnauit per vnū multo magis abundantiam gratie et donationis et iuſticie accipiētes: in vita regnabūt per vnū ieſu chriſtū. **I**git ſicut per vnū delictum omnes hoīes in condēpnationē ſic et per vnus iuſtitia oēs hoīes in iuſtificationē vite. Sicut enī p inobediētā vnū hoīs peccatores conſtituti ſunt multi: ita et per vnū obediētiam iuſti cō-

ſtituent mlti. Lex autē ſubtrahit: vt abūderet delictū. Ubi autē abundauit delictū ſup abundauit grā: vt ſicut regnauit peccatū in mortē et ita grā regnet p iuſtitia i vitā eternā: p ieſum xpm dominū nr̄m. Quid ergo dicemus: manebimus i pctō: vt grā abūdet: Abſit. Si enim mortui ſum⁹ pctō: quō adhuc viuem⁹ i illo? **Hocce.**

A ignoratis **(v. l. i.)** **A**ffres: qz quōs baptizati ſum⁹ i xpo ieſu: i morte ipi⁹ baptizati ſum⁹. Conſepulti ei ſum⁹ cū illo p baptiſmū i mortē: vt quomō xps: ſurrexit a mortuis p glāriam patris: ita et nos i nouitate vite abūlem⁹. Si enī p plārat facti ſum⁹ ſimilitudini mortis ei⁹: ſimul et reſurrectionis erim⁹. **H**oc ſciētes: qz veter hō nr̄ ſimul crucifix⁹ eſt: vt deſtruat corp⁹ pcti: vt vltra nō ſuiam⁹ pctō. Qui enī mortu⁹ eſt iuſtificat⁹ eſt a pctō.

Si autē mortui ſum⁹ cū xpo credim⁹: qz ſimul etiā viuem⁹ cū xpo: ſcientes qz xps reſurget ex mortuis ſā non moriet⁹: mors illi vltra nō dñabit. Qd enī mortu⁹ eſt pctō: mortuus eſt ſemel: qd at̄ viuuit: viuuit deo

Ita vos existate vos mor-
tuos qdem esse pctō vīuen-
tes aut deo i xpo iesu. **¶** Ad
ergo regnet pctm i vō mo-
tali corpore: vt obediat con-
cupiscētis ei⁹. Sed neq; ex-
hibeat mēbra vīa arma i-
quitatis pctō: sed exhibete
vos deo tāq; ex mortuis vī-
uentes: et mēbra vīa arma
iustitie deo. Pctm ei vobis
nō dñabit. Non em̄ sub lege
estis: s; sub grā. **Lectio. iii.**

Quid ḡ: Peccabim⁹?
qm̄ non sum⁹ sub lege
s; sub grā: Absit. An nesci-
tis qm̄ cui exhibet⁹ vos ser-
uos ad obediēdū? Sui estis
ei⁹? cui obeditis siue peccati
ad mortē siue obeditōis ad
iustitiā: Grās aut deo q; fu-
istis sui pcti? obedistis aut
ex corde in eā formā doctri-
ne in qua traditi estis. Libe-
rati aut a pctō: sui facti estis
iustitie. **¶** Humanus dico?
ppter firmitatē carnis vīe
Sicut em̄ exhibuistis mem-
bra vīa fūire immundicie ⁊
iniquitati ad iniquitatē: ita nūc
exhibete mēbra vīa fūire ius-
titie in scificationē. Cū ei
sui essetis pcti: liberi fuis-
istis tūc i illis i qb⁹ nūc eru-
bestis: Nā finis illoꝝ moꝝ

est. Nūc vō liberati a pctō:
sui aut facti deo habet⁹ fru-
ctū vīm in scificationē: finē
vō vitā etnā. Stupendia enī
pcti moꝝ: grā aut dei vitā
etnā: in xpo iesu dño nostro.

¶ Hocce. viij. Lectio prima.

A Ignorat⁹ fr̄es sci-
entibus ei legē loquor?
q; lex in hoīe dñat q̄to tpe
viuit: Nāq; q̄ sub viro est mu-
lier: viuēte viro alligata ē le-
gi. Si aut mortu⁹ fuerit vir
ei⁹: soluta est a lege viri. Igitur
si fuerit cui⁹ alio viro: si
autē mortu⁹ fuerit vir ei⁹: li-
berata ē a lege viri: vt nō sit
adultera si fuerit cū alio vi-
ro. **¶** Itaq; fr̄es in et vos
mortificati estis legi p corp⁹
xpi: vt sitis alteri⁹ q; ex mor-
tuis resurrexit: vt fructificetis
deo. Cū em̄ essem⁹ in car-
ne passiones pctōꝝ q; per
legē erant opabant in mem-
bris nīis: vt fructificarent
morti. Nūc autē soluti sum⁹
a lege mortis in qua detine-
bamur: ita vt fūiam⁹ i noui-
tate spūs ⁊ nō i vetustate lē-
is. **¶** Quid ḡ dicemus? **L. ii.**
¶ Lex pctm̄ est: Absit
Sed peccatū non cognouit:
nisi per legē. Nā ꝑ cupis cen-
tiam nesciebā: nisi lex dice-

ret. Ad concupisces. Occa-
sione aut accepta pctm per
mandatu opatus est in me
oem concupiscentia. Sine lege
enim pctm mortuu erat. Ego
aut iuehā sine lege aliqua
do. Sed cum venisset man-
datu pctm reuixit. ¶ Ego
aut mortu sum: et iue tu est
mihi madatu qd erat. ad vi-
ta: hoc esse ad morte. Nam
peccatu occasione accepta p
mandatu seduxit me: et p illd
occidit. Itaqz lex qde scia:
et mandatu scim et iustu et bo-
nu. Qd g bonum est mihi fa-
ctu e mors? Absit. Sz pec-
catu vt appareat pctm p bo-
nu opatu est mihi mortem?
vt fiat. supra modu peccas
pctm p madatus. **Lect. iij.**

Sicut enim: qz lex spūal
est. Ego aut carnalis
suz: venūdat sub pcto. Qd
enim opero: nō itelligo. Non
enim qd volo bonuz hoc ago:
sz qd odi malū: illud facio.
Si aut qd nolo illd facio: cō-
sentio legi qm bona ē. Hunc
aut iam nō ego opero: illd:
sed qd habitat in me pctm
Scio enim: qz nō habitat i me
hoc est in carne mea bonum
Havelle adiacet mihi: perfu-
cere aut bonū nō iuento Ad
enim qd volo bonū hoc facio:

sed qd nolo malum hoc ago
Si aut qd nolo illud facio:
iā nō ego opero: illud: sz qd
habitat i me pctm. ¶ Inue-
nio igit lege volenti mihi fa-
cere bonū: qm mihi malum
adiacet. Lōdelector ei legi
dei scdm inlorē hoīem. Ad-
deo aut aliā leges in mēbris
meis: repugnātē legi mētis
mee: et captiuantes me in le-
ge pcti q est in mēbris meis
Infelix ego hō: qm me libe-
rabit de corpe mort: huius?
Ista dei p iesu xpm dñz nřz
Igit ego ipe mente fui le-
gi dei: carne aut legi pcti.

¶ Hoete. viij. Lectio pma.

Nihil ergo nunc dā-
mationis est his q sūt
in xpo iesu: q nō secūdu car-
nē ambulāt. Lex enim spūs vt
te in xpo iesu: liberauit me a
lege peccati et mortis. Itaqz
quod impossibile erat legi in
quo infirmabatur p carnē:
deus filiū suuz mittens i si-
militudinē carnis peccati: et
de peccato dānauit pecca-
tuz i carnē: vt iustificatio le-
gis impleretur i nobis: qui
nō secūdu carnē ābulam:
sed secūdu spiritū. ¶ Quis
enim secūdu carnē sunt: q car-
nis sunt sapiunt: qui vero se-
cūdu spm sunt: q sunt sps:

ritus sentiūt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autē spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica ē deo. Legi enī dei nō est subiecta: nec enī potest.

Qui autē in **Lecl. ij.** carne sūt: deo placere nō possunt. Vos autē in carne non estis sed in spiritu: si tñ spūs dei habitat in vobis. Si q̄s autē spiritus christi nō habet: hic non est ei⁹. Si autē xpūs in vobis est: corp⁹ qdē mortuum est ppter peccatū: spūs vero viuit ppter iustificationē. **Q**uod si spirit⁹ eius q̄ suscitauit iesū a mortuis habitat in vobis: q̄ suscitauit iesuz xp̄m a mortuis viuificauit et mortalia corpora v̄sa: p̄t inhabitatē sp̄m eius in vobis. **E**rgo fr̄es debitores sum⁹: nō carni vt secundū carnē viuamus. Si enī scōz carnē vixeritis moriemini: si autē spū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūq; enī spiritu dei agitur: hi sunt filij dei. Non enī accepistis spiritū seruitutis iterū i timore: s; accepistis spiritū adoptiōis filioz dei in q̄ clamam⁹ abba pat̄: ip̄e enī spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: q̄ sum⁹ fi-

lij dei. Si autem filij et heredes: heredes qdē dei: coheredes autē xp̄i: si tñ comparimur: vt et conglouificemur.

Existimo enī: q̄ **Le. iij.** nō sūt cōdigne passionēs hui⁹: tēporis ad futurā gloriā: q̄ reuelabit in nobis. Nā expectatio creature reuelationē filioz dei expectat. Vanitati enī creatura subiecta est nō volēs: sed ppter eū qui subiecit eā i spe: quia et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptiōis: in libertatē glorie filioz dei.

Scim⁹ enī: q̄ oīs creatura ingemiscit et pturit vsq; adhuc. Nō solū autē illa: s; et nos ipsi primitias spirit⁹ habētes: et ipsi intra nos gemimus adoptionē filioz dei: expectātes redēptionē corporū nr̄i. Spe enī salui facti sum⁹. Spes autē q̄ videt non est spes. Nā qd videt q̄s: qd sperat. Si autē qd nō videm⁹ speramus: p̄ patiētā expectam⁹. Similit̄ autē et spūs adiuuat i firmitatē nr̄az. Nā qd oremus sicut oportet ne scimus: sed ipse spūs postulat pro nobis gemitib⁹ innarrabilib⁹. Qui autē scrutatur corda scit qd desideret spūs: q̄a scōm deū postulat

pro factis. **¶ Nocte. ix. l. c. i.**

Sicut alicuius diligenti-
bus deum oī coopant
in bonū hys q̄ scdm̄ propo-
sitū vocati sunt sc̄ti. Nā quos
p̄ficiunt et p̄destinavit cōfor-
mes fieri imaginis filij sui
vt sit ip̄e primogenit⁹ in mul-
tis fratrib⁹. Quos autē p̄de-
stinavit hos et vocavit ⁊ q̄s
vocavit hos et iustificavit.
Quos autē iustificavit illos
et gl̄ificavit. **¶ Quid ergo**
dicemus ad hec: Si de⁹ pro
nobis quis cōtra nos: Qui
etiā p̄prio filio suo nō peper-
cit sed p̄ nobis oib⁹ tradidit
illū. Quō nō etiā cū illo oīa
nobis donavit? **Lectio. ii.**

Quis accusabit aduer-
sus electos dei: De⁹
q̄ iustificat. Quis est q̄ cōdē-
net: X̄p̄s iesus q̄ mortu⁹ est/
imo q̄ et resurrexit: q̄ est ad
dexterā dei: q̄ etiā interpel-
lat p̄ nobis. Quis ergo nos
separabit a charitate x̄pi:
Tribulatio / an āgustia / an
p̄secutio / an fames / an nudi-
tas an piculū an gladi⁹: Si
cut scriptū est. **¶** p̄pter te
mortificamur tota die est-
imati sum⁹ sicut oves occisio-
nis. **¶** Sed in hys oib⁹ supe-
ram⁹ propter eū qui dilexit
nos. Tertius sū enī q̄a neq̄

mois / neq̄ vita / neq̄ angeli
neq̄ principatus / neq̄ virtu-
tes / neq̄ inslātia / neq̄ futu-
ra / neq̄ fortitudo / neq̄ altitudo /
neq̄ profundum / neq̄ creatura
alia poterit nos se-
parare a charitate dei: q̄ est
in x̄po iesu dño n̄ro. **L. c. iii.**

Veritatē dico v̄ x̄po te-
stimonium mihi phibēte p̄sciētia
mea in sp̄u sc̄to qm̄ tristitia
mihi est magna: et continu⁹
dolor cordi meo. Optabam
enī ego ip̄e anathema esse a
x̄po p̄ fratrib⁹ meis qui sūt
cognati mei secundū carnē /
q̄ sūt israelite: q̄ iū adoptio
est filiorum / et gloria ⁊ testa-
mentum / ⁊ legislatio ⁊ obse-
quiū / et promissa: quorū pa-
tres ex q̄bus x̄p̄s secundū
carnē / qui est super oīa de⁹
benedict⁹ in sc̄la amen. Non
autē q̄ exciderit v̄bū dei. Nō
enī oēs qui ex israel sunt hī
sunt israelite: neq̄ quis semē
sunt abrahe / omnes filij. S;̄
isaac vocabitur tibi semē
id est non qui filij carnis hī
filij dei: sed qui filij sunt pro-
missionis estimātur in seme-
ne. **¶** Promissionis enī ver-
bū hoc est. Secundū hoc tē-
pus veniam: et erit sare filij
us. Non solū autem illa sed

et rebecca ex vno concubitu habens isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent aut aliqd boni egissent aut mali vt secundu electio nem ppositum dei maneret no ex operib sed ex vocate dictu est ei: q maior seruiet minoru sicut scriptu est. Jacob dilexi esau aut odio habui. **Hoese. x. Lectio. i.**

Quid ergo dicemus? Nunqd iniquitas apud deū? Absit. **Moysi** enim dicit **Miserere** boi cui misert sum: et misericordiam prestabo cui miserebor. Igitur non volētis neq; curretis sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia in hoc ipso excitauit te vt ostendam in te vir tutē meā et vt annūciēt nomen meū in vniuersa terra. Ergo cui vult miseretur: et quē vult indurat. **D**icis itaq; mihi. Quid adhuc q̄ritur? Volūtati eius quis resistit? **H**omo: tu quis es qui resistes deo? **N**ūquid dicit figmētū ei q̄ se fingit: qd me fecisti sic? **A**n non habet potestatem figulus lutu ex eadē massa facere aliud quidē vas in honore: aliud vō in contumeliā? **Lectio. ii.**

Quid si deus volēs ostē

dere iram et notā facere potentia suā sustinuit in multa patientia vasa terre / apta in interitū: vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in glia: Quos et vocauit nos non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus: sicut in ioseph dicit. Vocabo nō plebē meam / plebē meā: et nō dilectā dilectā: non misericordiam consecutā / misericordiam consecutā. Et erit in loco vbi dictū est eis non plebs me vos: sibi vocabunt filij dei viui. **E**saías autē clamat pro israel. Si fuerit numerus filiorū israel tāq; arena maris: reliquie saluē fient. Verbum enim cōsummas et abbrevias in equitate: quia verbi breuiatū facit et dñs super terrā. Et sicut predixit esaias nisi dñs sabaoth reliq̄set nobis semē sicut sodoma facti essemus: et sicut gomorra similes fuisset. Tu autē. **Lectio. iii.**

Quid ergo dicemus? **Q**uētes que non sectabatur iustitiā / apprehenderūt iustitiā / iustitiā autē q̄ ex fide est. Israel vero sectando legē iustitie in legē iustitie non puenit. Quare? **Q**uā nō ex fide sed q̄si ex operib: **O**stent

derunt enim in lapidē offen
sionis sicut scriptū est. Ec
ce pono in sion lapidē offen
sionis et petram scandali: et
omnes qui credit in eū nō cōfū
detur. **¶** Fratres: volūtas
quidē cordis mei et obsecra
tio ad deum sit p̄ illis in sa
lutē. Testimonium enī p̄h̄l
beo illis q̄ emulationē q̄dē
dei habent: sed nō scdm̄ sci
entiā. Ignorātes enī iustiti
am dei et suā q̄rentes statue
re iustitie dei nō sunt subie
cti. Finis enī legis xp̄s: ad
iustitiā oī credēti. Moyses
enī scripsit: qm̄ iustitiaz que
ex lege ē q̄ fecerit homo: vi
uit in ea. Qui autē ex fide est
iustitia sic dicit. Ne dixeris
in corde tuo: quis ascēdet in
celum id est xp̄m deducere:
aut q̄s descēdet in abyssus/
hoc eū xp̄m a mortuis reuo
care. Sed quid dicit scriptu
ra: Prope est verbum in ore
tuo et in corde tuo. Hoc est
verbum fidei quod predica
mus: quia si cōfitearis i ore
tuo dñm̄ iesū: et in corde tuo
credideris: q̄ deus illū susci
tauit a mortuis / salu⁹ eris.

¶ Hoete. xj. Lectio prima.

¶ Vide enī creditur ad
iustitiā: ore autē con
fessio fit ad salutē. Dicit ei

scriptura. Dñs qui credit
in illū nō confundetur. Non
enī est distinctio iudei et gre
ci. Nam idē dñs omnibus: dis
ues in oēs qui inuocāt illū.
Dñs enī quicunq̄s inuoca
uerit nomen dñi: saluus erit
¶ Quomodo ergo inuoca
bunt in quē nō crediderunt
Aut quomodo credent ei
quē nō audierunt: Quomo
do autem audient: sine pre
dicāte: Quomodo vero pre
dicāte: Quomodo vero pre
dicabunt: nisi mittantur. Si
cut scriptum est. Quam spe
ciosi pedes euangelizantiū
pacē: euangelizantiū bona.
Sed nō oēs obediunt euan
gelio: esaias enim dicit. Do
mine: quis credidit auditui
nostro: Ergo fides ex audē
tu: auditus autē per verbū
christi. Sed dico. Nūquid nō
audierunt: Et quidē in om
nem terram exiuit sonus eo
rum: et in fines orbis terre
verba eorum.

¶ Lectio. ij.

¶ Sed dico. Nunquid Is
rael nō cognouit: Pr̄
mus moyses dicit. Ego ad
emulationē vos adducay in
nō gentē: in gētem insipientē
tem: in irāvos mittā: esaias
autē audet et dicit. Inuētus
sum a nō querētib⁹ me: palā
apparui his q̄ me non inter

rogabant. Ad israel autē dicit. **L**ota die expandi manus meas ad populum nō credentem sed cōtradicentē mihi.

Dico ergo. Aliqd de re pulit pplm suū? Absit. Hāz ego israelita suz ex semine abrahā de tribu beniamin. Nō repulit deus plebem suam quam presciuit. **Le. cō. iij.**

A nescis in helia qd dicit septura? que ad modū iterpellat deū aduersuz isrl? Dñe pphetas tuos occiderūt altaria tuo suffoderūt / ego relictus solus / et querūt aīam meā. Sz qd dicit illi diuinū respōsuz? Heliaq mihi septē milia viroz / q nō curuauerūt genua an̄ bal. Sic ḡz in hoc tpe / relique scdm electionē gr̄e / salue factes sūt. Si autē gr̄a nā nō ex operibus. Alioqn̄ gr̄a iam nō est gr̄a. Quid ergo? Qd̄ querebat isrl hoc nō est / seculi? electio autē psecuta est ceteri / dō excecati sunt sicut scriptū est. Dedit illis deus spm̄ cōpūctionis / oculos vt nō videāt / et aures vt nō audiant / vsq; in hodiernum diēz.

Et dauid dicit. Fiat mēsa eorū corā ipsīs in laqueū / et in captione / et in scādalu / et in retributionēz illis. **Obi-**

scurent oculi eoz ne videāt / et dorsuz eoz semp incurua. Dico ergo. Nunqd̄ sic offenderūt vt caderēt? Absit. Sz illoz delicto sal? gentib? vt illos emulēt. Qd̄ si delictū eoz diuitie sūt mūdi / et diuitio eoz diuitie gentium? quātomagis plenitudo eoz

Hocte. xij. Lectio p̄ia.

Uobis enī dico gentibus. Quādiu quidez ego suz gentiū ap̄ls ministrum meus honorificabo / si quo modo ad emulādū puocē carnē meā / et saluos faciā aliquos ex illis. Si ei amissio eoz recōciliatio est mūdi / q̄ assumptio nisi vita ex mortuis? Qd̄ si delibatio sc̄tā ē et massa. Et si radix sc̄tā et rami. Qd̄ si aliqui ex ramis fracti sūt / tu autē cū oleaster esses insertus es in illis / et socius radictz et pinguedinis oliue factus es / noli glīari aduersus ramos. Qd̄ si gloria ris / non tu radicem portas / sed radix te. **D**icis ergo. Fracti sūt rami / vt ego inserar. Bene. Propt̄ incredulitatē fracti sunt. Tu autē fide stas. Noli altū sapere sed tēme. Si enī deus naturalib? ramis non peperit / ne forte nec tibi parcat. **T**rautē

Uide ergo bo- **Lco. ii.**
nitatēz seueritatē dei
In eos qdē q̄ ceciderunt se-
ueritatē in te aut̄ bonitatez
dei: si permāseris in bonita-
te. Alioquin: tu excideris
Sed z illi si non permāse-
rūt in incredulitate inferē-
tur. Potens est enī deus ite-
rum inferere illos. Nam z si
tu ex naturali excū^o es olea
stro et contra naturā infert^o
es in bonā oliuā q̄tomagis
hī q̄scōm naturam inferen-
tur sue oliuē. **Lectio. iij.**

Nolo ei vos ignorare
res mysterium hoc:
vt nō sitis vobis metip̄is sapi-
entes: quia cecitas ex parte
te p̄tigit in isrl̄ donec pleni-
tudo gentium intraret: z sic
om̄is israel salu^o fieret sicut
scriptū est. Veniet ex sion: q̄
eripiat z auertat impietatē
ab iacob. Et hoc illis a me
testamentum: cum abstule-
ro pctā eoz. Scōm euange-
liū quidē inimici p̄ter vos:
secundū electionē aut̄ cha-
rissimī p̄ter patres. Sine
penitētia enī sunt dona z vo-
catio dei. **Sicut** enim ali-
quādo et vos nō credidistis
deo: nūc aut̄ miam cōsecuti
estis p̄pter incredulitatē il-
lorū ita et isti nūc non credi-

derūt in vram misericordiā:
vt et ip̄i miam cōsequantur.
Conclūsit enī deus om̄ia in
incredulitate: vt om̄iū mi-
sereatur. **Altitudo** diuitia-
rum sapientie et scientie dei:
q̄ incōprehensibilia sunt iu-
dicia eius: z inuestigabiles
vie eius. Quis ei cognouit
sensum dñi: aut quis consi-
liarius eius fuit: Aut quis
p̄ior dedit illi: et retribuēt
ei: Qm̄ ex ip̄o z per ip̄m z in
ip̄o sunt om̄ia: ip̄i honor et
gl̄ia i secula seculoz Amē.

Hocce. xlii. Lectio. iij.

Oblecro itaqz vos fra-
tres per misericordiā
dei: vt exhibeatis corpora
vestra hostiā viuētem/ san-
ctam/ deo placentem: ratio-
nabile obsequiū vestruz. Et
nolite conformari huic secu-
lo: sed reformamini in noui-
tate sensus vestri: vt probe-
tis que sit volūtas dei bona/
et beneplacens/ et perfecta.
Dico enī per gratiā que da-
ta est mihi/ om̄ib^o q̄ sunt in
ter vos: nō pl^o sapere q̄ opoz
tet sapere/ sed sapere ad so-
brietatem: et vnicuiqz sicut
deus diuisit mēsuram fidei.
Sicut ei in vno corpore mul-
ta mēbra habem^o: oīa autēz
mēbra: nō eūdē actū habēt:

a multo vni corp^o sum^o in
xpo^o singuli aut alter alteri
us mēbra: habētes donatio
nes scōm grāz q̄ data est no
bis differētes. **S**iue pro
phetiā scōm rationez fidei.
Siue ministeriū in ministrā
do. Siue q̄ docet in doctri
na. Qui exhortat in exhor
tādo. Qui tribuit in simpli
citate. Qui p̄est in sollici
tudine. Qui miseret in hila
ritate. Dilectio sine simula
tione. Adiciēs malū adhe
rentes bono. Charitatē fra
ternitatis inuicē diligētes
honore inuicem p̄uenien
tes. Sollicitudine non pigri
spū feruentes: dñō seruient
tes. Spe gaudētes in tribu
latiōe patiētes: of om instā
tes. Necessitatib^o scōrū cō
municantes: hospitalitatez
sectantes. Bñdicite pseque
tibus vos. Bñdicite: et noli
te maledicere. Gaudere cū
gaudētib^o flere cū flentib^o
Idēp̄m inuicē sentiētes. Nō
alta sapiētes sed humilib^o
consentientes. **Lectio. ij.**

Nolite esse prudentes
apud vosmetipsos.
Nulli malum pro malo red
dentes: prudentes bona nō
tātum corā deo: sed etiā cor
ram oībus hoībus. Si fieri

potest quod ex vobis est: cū
omnibus hominibus p̄cez
habentes. **N**on vosmet
ipsos defendentes charissi
mi: sed date locum ire. Scri
ptum est enim. Vili vindic
tam et ego retribuaz dicit
dominus. Sed si esuri erit il
licus tuus ciba illū: si sitis
potum da illi. Hoc enī fact
ens: carbones ignis conge
res sup caput eius. Noli vin
ci a malo: sed vince in bono
malum. **Tu. Lectio. iij.**

Omnis ania p̄tātib^o
sublimiorib^o subdita
fit. Nō est ei p̄tās nisi a deo.
Que aut sunt a deo: ordina
ta sunt. Itaqz q̄ resistit pote
stati dei ordinationi resistit.
Qui aut resistit: ipi sibi dā
nationē acquirūt. Nā p̄nci
pes nō sunt timor boni ope
ris sed mali. Vis autem nō
timere p̄tātem: Bonū fac: et
habebis laudez ex illa. Dei
enī minister est: tibi in bonū
Si aut malum feceris time
Non enī sine causa gladium
portat. Dei enī minister est:
vindex i t̄ram ei q̄ male agit.
Ideoqz necessitate subditi
estote: non solum p̄pter irā:
sed etiam p̄pter cōscientiā.
Ideo enī tributa p̄statis
et ministri enī dei sunt: in hoc

ipsum seruantes. **R**eddi-
te ergo oib⁹ debita. Qui tri-
butum tributū cui vectigal
vectigal: cui timorē timorē/
cui honorē honorē. Nemini
quicq̄ debeatis nisi vt inui-
cem diligatis. Qui eni dil-
git primum legē impleuit.
Nam nō adulterabis/nō oc-
cides/nō furaberis/nō fallū
testimoniū dices/nō cōcup-
tescēs/z si qd̄ est aliud manda-
tū in hoc verbo instaurat: di-
liges proximum tuum sicut
teipsum. Dilectio proximi
malum non operat. Pleni-
tudo ergo legis est dilectio
Hocce. xliij. Lectio. i.
Hoc scētes tps̄ q̄a
hora est tā nos desō-
no surgere. Nunc eni ppior
est nra salus q̄ cum credidi-
m⁹. Nox precessit: dies autē
appropinquabit. Abijciam⁹
ergo opa tenebrarū z indua-
mur arma lucis: sicut in die
honeste ambulem⁹. Non in
comestationib⁹ z ebrietatib⁹
nō in cubilib⁹ z ipudicitijs/
nō in dentione z emulatiōe:
sed induimini dñz tesuz xp̄z:
z carnis curā ne feceritis in-
desiderijs. **I**nfirmū autē
in fide assumite nō in disce-
ptionib⁹ cogitationū. Ali-
us enim credit māducare se

ola. Qui aut infirm⁹ est: olus
māducat. Is q̄ māducat/nō
manducantē non spernat: z
qui non māducat: māducan-
tem non iudicat. De⁹ eni il-
lū assumpsit. Tu quis es q̄
iudicas alienum seruū: Do-
mīo suo stat aut cadit. Sta-
bit autem: potens est enim
deus statuere illum. **L. cō. ij.**
Nam ali⁹ iudicat diez
inter diez: alius aut iu-
dicat oēm diem. Unusquisq̄
in suo sensu abūdet. Qui sa-
pit diem dñs sapit: et q̄ mā-
ducat dño manducat. Gra-
tias ei agit deo. Et q̄ nō mā-
ducat/dño nō manducat: et
gr̄as agit deo. Nemo enim
vestrū sibi uiuit: et nemo sibi
morit. Siue eni uiuim⁹ dño
uiuimus: siue morimur dño
morimur. Siue ergo uiuim⁹
siue morimur: dñs sum⁹. In
hoc eni xp̄s morit⁹ est et re-
surrexit: vt z uiuorum z mor-
tuoꝝ dñes. **T**u aut qd̄ iu-
dicas fratrē tuū: aut tu qua-
re spernis fratrē tuuz: Des
eni stabimus ante tribunal
dei. Scriptum est eni. uiuo
ego dicit dñs: qm̄ mihi fle-
ctet omne genu: omnis lin-
gua confitebit deo. Itaq̄ uiuif
quisq̄ nrm̄ p̄o se reddet ra-
tionē deo. Non ergo ampli⁹
p. ij.

in iudicem. Sz hoc iudicate magis ne ponat offedculu fratri vel scadalū. **L. iij.**

Sed et cōfido in dño iesu quia nihil cōmune per ipm nisi ei qui existimat qd cōmune esse: illi cōmune est. Si ei ppter cibū frater tuus contristat: tā nō scdm charitatē ambulas. Noli cibo tuo illum pdere: pro quo xps mortuus est. Non ergo blasphemet bonū nrm. Non est ei regnū dei esca et potus sed iustitia et pax et gaudiū in spū scdō. Qui enī in hoc seruit xpo placet deo: et probatus est hoib⁹. Itaq; que pacis sūt sectemur: et q̄ edificatiōis sunt in inuitē custodiamus. **N**oli ppter escā destruere op⁹ dei. **D**ia quidem sunt mūda: sed malū est hominī q̄ p offendiculū māducat. Bonū est non manducare carnem et nō bibere vinū neq; in quo frater tu⁹ offendit aut scandalizat aut infirmat. Tu fidē quā habes pnestemetip⁹: habe corā deo. **B**eat⁹ q̄ non iudicat semetipm in eo qd̄ pbat. **Q**ui autē discernit: si māducauerit dānat⁹ est: q̄ nō ex fide. **D**e autē qd̄ non est ex fide: pctm̄ est. **Hocce. xv. Lectio p̄ia.**

Debemus autem firmiter in firmos sustinere et nos bis placere. Unusquisq; vni proximo suo placeat in bonum: ad edificationē. Et enī xps nō sibi placuit: sed sicut scriptū est: in propria iproperantiū tibi ceciderūt super me. **Q**uecūq; enī scripta sūt ad nostras doctrinā scripta sunt: vt p patientiā et cōsolationē scripturarū sp̄s habeam⁹. **D**e autē patientiā et solatiū det vob⁹ idē ipm sape in alterutro scdm iesu xpm: vt vianimes vno ore honorificet deum et patrē dñi nostri iesu xpi. **P**ropter qd̄ suscipite inuicem: sicut et xps suscipit vos in honorē dei. **D**ico enī xpm iesum ministrū fuisse circūcisionis ppter veritatē dei ad pfirmandas promissiones patrū: gentes autē sup̄ mīa honorare deū: sicut scriptū ē. **P**ropterea cōfitebor tibi in gētib⁹ dñe et noi tuo cantabo. **E**t iterū dicit. **L**etamini gentes cui plebe eius. **E**t iterum. **L**audate oēs gentes dñm: et magnificate eum omnes populī. **E**t rur⁹ esaias ait. **E**rit radix iesse: et qui exurget regere gentes: in eum gētes p̄

rabunt. **Lectio secunda.**

Deus autē spei reple-
at vos oī gaudio ⁊ pa-
ce in credendo ⁊ vt abundet
in spe et virtutes spiritus san-
cti. **Lectio prima.** Sum autē ⁊ fratres
mei et egoīpe de vobis qm̄
⁊ ipi pleni estis dilectiōe: re-
pleti oī scientia: ita vt possi-
tis alterutrum monere. Au-
daciū autē scripsi vobis fra-
tres ex parte: tāq̄ in memo-
riā ⁊ vos reducens: propter
gratiā q̄ data est mihi a deo
vt sim minister xp̄i iesu ī gē-
tibus sanctificans euāgeli-
um dei: vt fiat oblatio genti-
um accepta et sc̄tificata in
spiritu sc̄to. **¶** **H**abeo igitur
gloriam in xp̄o iesu ad deū
nō em̄ audeo aliqd loq̄ eo-
rū q̄ p̄ me nō efficit xp̄us in
obediētā gentiū: ī verbo et
factis ī v̄tute signorū ⁊ pro-
digiorū ī virtute spiritus san-
cti: ita vt ab hierl̄m per cir-
cūm vsq̄ ad illiricū reple-
uerim euāgelii xp̄i. **Lectio iij.**

Sc̄c̄ autē predicauit euā-
gelii hoc nō vbi nomi-
natus est xp̄s ne sup alienū
fūdamentū edificare: s̄z sicut
scriptū est qm̄ q̄b̄ nō est ānū
ciatū de eorū de hunc: ⁊ q̄ nō
audierunt de eo intelligunt
p̄pter qd̄ ⁊ ip̄edicar pluri-

muz venire ad vos: et phibi-
tus suz vsq̄ adhuc: nūc vobis
locus nō habēs ī his re-
gionib⁹: cupiditate autē ha-
bēs veniēdi ad vos ex mltis
tā p̄cedētib⁹ annis: cū in hy-
spaniā p̄fici sc̄i cepero: spero
q̄ p̄teritēs videā vos: et a
vobis deducar illuc: si vo-
bis p̄mū ex parte frui⁹ fu-
ero. **¶** **A**unc igit̄ p̄ficar
in hierusalē ministrare sc̄tis
p̄obauerunt em̄ macedo-
nia et achaia collationē ali-
quā facere in paupes sc̄toꝝ
q̄ sunt in hierl̄m. Placuit ei
eis: ⁊ debitorēs sunt eozum
Nam si spiritualiū eoz par-
ticipes facti sunt gentiles:
debēt ⁊ ī carnalib⁹ ministra-
re eis. **H**oc igit̄ cum cōsum-
mauero et assignauero eis
fructū hūc: p̄ vos p̄ficar ī
hyspaniā. Scio autē qm̄ ve-
niens ad vos: in abundātia
benedictionis xp̄i veniam.

¶ Hocte. xvi. Lectio prima.

Obesco ergo vos
p̄ dñm n̄r̄m iesum xp̄s
⁊ per charitatē sc̄ti sp̄s: vt
adiuuetis me in ofonib⁹ ad
deum: vt liberer ab infideli-
bus q̄ sunt in iudea: et obse-
qui mei oblatio accepta fi-
at in hierl̄m sc̄tis: vt veniam
ad vos in gaudio p̄ volunta-
p. iij.

tē del/vt refrigerer vobiscū
 De^o at pacē sit cū oib⁹ vob⁹
 amē. **C**ōmēdo aut vobis
 p̄ben sorozem nr̄ am q̄ est
 in ministerio ecclie q̄ est chē
 chus vt eā suscipiatis i dño
 digne scitis ⁊ assistatis ei in
 quocūq; negotio vri idigue
 rit. Etentz ip̄a quoq; assistit
 multis ⁊ m̄h̄ipi. **S**aluta
 te p̄scā ⁊ aquilā adiuto
 res meos in xpo iesu: q̄ pro
 aia mea suas cervices sup̄
 posuerūt: quibus non solus
 ego gr̄as ago: s; ⁊ ecclie ec
 clesie gētū: ⁊ domesticā ec
 clesia eoz. Salutate ephē
 netū dilectū m̄h̄: q̄ ē p̄mitt
 pus alle i xpo iesu. Saluta
 te mariā q̄ ml̄tū laborauit i

Salutate (vob⁹ *sc. ij.*)
 andronicū ⁊ iulīa coz
 gnatos ⁊ cōcaptiuos meos
 q̄ sūt nobiles i ap̄l̄s: q̄ ⁊ añ
 me fuit i xpo iesu. Saluta
 te ap̄latū dilectissimū m̄h̄
 i dño. Salutate vrb̄anū ad
 iutorē nr̄: i xpo iesu: ⁊ stachi
 dilectū meū. Salutate ap
 pellē p̄bū in xpo. Salutate
 eos q̄ sūt ex aristoboli domo
 Salutate herodionē cogna
 tū meū. **S**alutate eos q̄
 sūt ex narcisei domo: q̄ sūt i
 dño. Salutate triphenā et
 triphosam: q̄ laborāt i dño.

Salutate p̄sidā charissimā
 q̄ ml̄tū laborauit i dño. Sa
 lutate rusū electū in dño: ⁊
 m̄ez ei⁹ ⁊ meā. Salutate asi
 neretū flegontā hermē pa
 trobā hermā ⁊ q̄ cū eis sunt
 f̄res. Salutate philologū ⁊
 iulīā nereū ⁊ sorozē ei⁹ ⁊ oli
 piadē: ⁊ oēs q̄ cū eis sūt san
 ctos. Salutate iuicē in oscu
 lo sancto. Salutatē vos oēs
 ecclesie xpi. **R**ogo autem
 vos f̄res vt obseruetis eos
 qui dissentiones et offendi
 cula pieter doctrinaz quam
 vos didicistis faciunt: et de
 clinare ab illis. **H**uiusmodi
 enī xpo dño nr̄ o nō seruiunt
 sed suo ventri: ⁊ per dulces
 sermones et b̄ndictiones se
 ducunt corda innocentium
 Vestra enī obediētia in om
 ni loco diuulgata est. *sc. iij.*

Graudeo igitur in vob⁹
 sed volo vos sapientes
 esse in bono: et simplices in
 malo. De^o autē pacis conte
 rat sathanā sub pedibus ve
 stris velociter. Gratia dñi
 nostri iesu xpi nobiscū. Sa
 lutat vos tymotheus adu
 tor meus et luctus et ias: et
 solipar cognati mei. Salu
 to vos ego tertius: q̄ scripsi
 epistolā i dño. Salutat vos
 gatus hospes meus: et vni

nerse ecclesie. Salutat vos
 erastus archarius ciuitatis
 et quartus frater. **¶** **G**ra dñi
 nostri iesu christi cū omnib⁹
 vobis amē. **E**t autē qui po-
 tēs est vos cōfirmare iuxta
 euāgeliū meū et predicatio-
 nem iesu christi: secūdu re-
 uelationē mysterij tēpōib⁹
 eknis taciti: qd̄ nūc patefa-
 ctum est per scripturas pro-
 phetarum: secundum prece-
 ptus eterni dei ad obeditio-
 nem fidei in cunctis genti-
 bus cogniti soli sapiēti deo:
 per iesum xp̄m: cui honor et
 gloria in secula sc̄loꝝ amē.

Hocte. xvij. Lectio p̄ma.
**Incipit epistola beati pau-
 li apostoli ad corinthios prima.**

Paulus vocat⁹ aposto-
 lus iesu christi p̄volū-
 tāte dei ⁊ sossenes frater ec-
 clesie dei q̄ est corinthi⁹ san-
 ctificatis in xp̄o iesu voca-
 tis sanctis: cū omnib⁹ qui in-
 uocant nomē dñi nostri iesu
 christi in omni loco ip̄soꝝ ⁊
 n̄fo. **G**ratia vobis et pax a
 deo patre nostro ⁊ dño ie-
 su xp̄o. **G**ratias ago deo
 meo semp̄ p̄ vobis i gr̄a dei
 q̄ data est vobis i xp̄o iesu:
 q̄ in oib⁹ diuites facti estis
 i illo in oī verbo et in oī sc̄e-
 tia: sicut testimonium ch̄ri.

si cōfirmatū est in vob⁹: ita
 vt nihil vob⁹ desit i vlla gra-
 tia: expectātib⁹ ⁊ reuelationē
 dñi nostri iesu christi: qui et
 cōfirmabit vos vsq̄ in finem
 sine crimine: in die aduentus
 dñi nostri iesu christi. **F**ide-
 lis deus: per quē vocati est⁹
 in societatem filij eius iesu
 xp̄i domini nostri. **Lectio. ij.**

Obscuro autēz vos fra-
 tres per nomē dñi no-
 stri iesu christi: vt idip̄suz di-
 catis oēs: et non sint in vob⁹
 sc̄ismata. **S**itis autem per-
 fecti in eodem sensu: et i ea-
 dem scientia. **S**ignificatum
 est enim mihi de vobis fra-
 tres mei ab h̄is q̄ sūt cloes:
 quia contentiones sunt inf̄
 vos. **H**oc autem dico: qd̄
 vnusq̄sq̄ vestrū dicit. **E**go
 quidem sum pauli: ego au-
 tem apollo: ego vero cephe:
 ego autē xp̄i. **D**iuinus ē x̄ps
Hunqd̄ paul⁹ crucifixus est
 p̄ vobis: aut in noīe pauli
 baptizati estis. **Lectio. iij.**

Gratias ago deo meo
 q̄ neminē v̄m baptiza-
 uit nisi crispi⁹ et gauz⁹: ne q̄s
 dicat q̄ in noīe meo baptiza-
 ti estis. **B**aptizauit autē ⁊ ste-
 phane domū: ceterū nescio
 si quē aliū v̄m baptizaueri
Non enī misit me x̄ps bap-
 tizari.

zare sed euangelizare non in
 sapiētī a verbi: vt nō euacue
 tur crux xpī. Verbū enī cru
 cis pereuntib⁹ quidē stultī
 tia est. hīs autē q̄ salui fiunt
 id ē nobis de virt⁹ est. Scri
 ptū est enī. Per dā sapiētī
 am sapiētīuz: et prudentīuz
 prudētīā reprobabo. **U**bi
 sapiēs vbi scriba: vbi inq̄si
 toz hui⁹ seculi: Nōne stultā
 fecit de⁹ sapiētīā hui⁹ mun
 di: Nā qz in dei sapiētīā non
 cognouit mund⁹ p sapiētīāz
 deū: placuit deo p stultītiāz
 p̄dicatiōis saluos facere cre
 dētes. **U**m̄ iudei signa pe
 tūt: et greci sapiētīā querūt
 Hos autē p̄dicam⁹ xp̄m cru
 cifixū: iudeis q̄dez scādalu:
 gētib⁹ autē stultītiā: ip̄is au
 tē vocatis iudeis atqz gre
 cis: xp̄m dei virtutē et dei sa
 piētīā. **Q**z qd̄ stultū est dei
 sapiētīā est hoīb⁹: et qd̄ in
 firmū est dei: fortī ē hoīb⁹.

Hocte. xvij. Lectio p̄ma
Azidete enivocationez
 vī am fratres: qz non
 multi sapiētes scdm̄ carnez
 nō ml̄ti potētes nō ml̄ti no
 biles: s; q̄ stulti sunt mundi
 elegit de⁹ vt cōfundat sapīē
 tes: s; firma mūdi elegit de
 us vt cōfundat fortī: et igno
 bilīa mundi et p̄emptībilīa

elegit de⁹ et ea q̄ nō sūt vt ea
 q̄ sunt destrueret: vt nō gl̄ie
 tur oīs caro in cōspectu ei⁹.
Ex ip̄o autē vos estis in
 xp̄o iesū: q̄ fact⁹ est nobis sa
 piētīa et iustītia et sc̄rificatio
 et redemptio: vt quē ad mo
 duz scriptum est: q̄ gl̄iatur ī
 dño gloriēt. **E**t ego cū venī
 sem ad vos fr̄es: venī non in
 sublimitate s̄imonis aut sa
 piētīe: annūciāns vobis testi
 moniū xpī. Nō enī iudicāti
 me scire aliqd̄ in vō nisi ie
 sū xp̄m: et hūc crucifixū.

Et ego ī infirmitate et
 timore et tremore mul
 to fui apud vos: et sermo me
 us et p̄dicatio mea nō in p
 suasibilīb⁹ hūane sapientie
 s; in ostēsiōe spūs r̄vir
 tutis: vt fides vī a nō sit ī sa
 piētīa hoīm sed ī virtute dei

Sapiētīa autē loq̄mur in
 ter p̄fectos. Sapiētīā ho nō
 hui⁹ sc̄li neqz principū hui⁹
 sc̄li q̄ destruit: sed loq̄mur
 dei sapiētīā ī mysterio q̄ abs
 cōdita est: quā p̄destinavit
 de⁹ ante sc̄la ī gloriā nr̄az
 quā nemo p̄cipū hui⁹ sc̄li
 cognouit. Si enī cognouī
 sēt: nūq̄ dñm glorie crucifi
 xisset. Sicut scriptū ē: quod
 ocul⁹ non vidit nec auris au
 diuit nec ī cor hoīs ascēdit:

q̄ apparuit de his q̄ diligunt
illu. Nob̄ aut̄ reuelauit de
us p̄ spiritus suū. Sp̄s eni
oia scrutat: etiā p̄fuda dei.

Quis ei scit hois? **Liii.**
q̄ sūt hois? nisi spiritus
hois q̄ i ip̄o est: Ita r̄ q̄ dei
sūt nemo cognouit: nisi sp̄i
tus dei. Nos aut̄ nō sp̄i hu
ius mundi accepim⁹? s̄ sp̄i
q̄ ex deo ē: vt sciam⁹ q̄ a deo
donata sunt nobis? q̄ et loq̄
mur nō i doctrinā hūane sapiē
tie v̄bis: s̄ i doctrina sp̄is:
sp̄ialib⁹? sp̄ialia cōparātes

¶ Aliis aut̄ hō nō p̄cipit
ea q̄ sūt sp̄s dei. Stultitia
eni ē illi: r̄ nō potest itellige
re: q̄ sp̄ialit̄ examiat. Sp̄i
alis aut̄ iudicat oia: r̄ ip̄e a
nemie iudicat: sicut scriptū
est. Quis ei cognouit sensū
dñi? aut q̄s instruxit eū. Nos
autē sensum xp̄i habemus.

¶ Nocte. xix. Lectio prima.

Ego ffres nō potui
vob̄ loq̄ q̄si sp̄ialib⁹?
s̄ q̄ carnalib⁹? Tāq̄ puulis
i ip̄o lac vob̄ potui dedi nō
escā. Nōdū eni poterat⁹? sed
nec nūc qdē potest. Adhuc
eni estis carnales. Cū ei sit
in vros zel⁹ et cōtērio? nōne
carnales estis: et sc̄bz hoies
ambulat⁹? Cū eni q̄s di
cat ego qdē sū pauli: al⁹? aut̄

ego apollo: nonne homines
estis? Quid igit est apollo:
Quid hō paulus? Quisfri
ei? cui credidist⁹? Et vniciu:
q̄ sicut dñs dedit. Ego plā
taui apollo rigauit: s̄ deus
icremētū dedit. Itaq̄ neq̄
q̄ plātat ē aliquid neq̄ q̄ ri
gat⁹? s̄ q̄ icremētū dat deus
Qui plātat aut̄ r̄ qui rigat
vnū sūt. Anusq̄s at̄ pp̄ia
mercedē accipiet sc̄bz suū
labore. Dei eni sum⁹ adiuto
res. De agricultura estis?
dei edificatio estis. **Rec. ii.**

¶ Sc̄dū grāz dei q̄ de
ta ē mibi: vt sapiēs ar
chitect⁹ fundamentū posui:
al⁹? aut̄ supēdificat. Anusq̄:
q̄s aut̄ videat quō superedifi
cet. Fūdamētū eni aliū ne
mo pōt ponē p̄ter id quō po
sitū ē: qdē ē xp̄s ies⁹. **¶** Si q̄s
aut̄ supēdificat supra fūda
mētū hoc aux⁹ argētū: lap̄
des p̄ciosos: ligna: fenū: sti
pulā: vnus cuiusq̄ op⁹ man
festū erit. Dies ei dñi decla
rabit⁹: q̄ i igne reuelabit⁹: et
vnus cuiusq̄ op⁹ q̄le sit ignis
p̄babit. Si cui⁹ op⁹ m̄aserit
quod supēdificauit: merce
dem accipiet. Si cuius op⁹
arserit detrimētū patietur:
ipse autē saluus erit: sic ta
men quasi per ignē. **Rec. iii.**

Quæritur: quæ templum dei
est? et spiritus dei habitat
in vobis? Si quis autem templum dei
violauerit: disperset illum deus.
Templum eius dei factum est: quod est
vos. Nemo se seducat. **¶** Si
quis videt intus vos sapiens esse in
hoc seculo? stultus fiat et sit sa-
piens. Sapientia eius huius mundi
stultitia est apud deum. Scri-
ptum est enim ei. **W**ispheda sapiens
in astutia eorum. Et iterum. Deus
nouit cogitationes sapientium:
quoniam vane sunt. Nemo itaque glori-
etur in hominibus. **¶** **D**ia eius vana sunt: sicut
paulus sicut apollo / sicut ce-
phas sicut mundus / sicut uita sicut
mors sicut presentia sicut futura.
¶ **D**ia eius vana sunt: vos autem spiritus
spiritus autem dei. **¶** **H**odie. **¶**

Sic nos existimet homines
sicut ministros christi et dispen-
satores misteriorum dei. **¶** **H**ic
ita querit in dispensatores: ut si
deus querit inueniat abibi arripit
mors erit a vobis iudicet aut
ab humano die. **¶** **S**ineque me ip-
sum iudico. **¶** **N**ihil enim mihi scia-
us lux: sed non in hoc iustificar-
i sum. **¶** **Q**ui autem iudicet me: dominus est.
¶ **B**eaque nolite autem spiritus iudica-
re: quod aduersus veniat dominus quod et il-
ludabit ab eis: data tenebuntur
et manifestabitur per ista cordium
et in claus erit in iudicis a deo.

¶ **H**ec autem res transfigura-

ut in me et apollo propter vos: ut
in vobis discatis ne supra quod scri-
ptum est vniuersum aduersus alterum
inflexerit per alio. **¶** **Q**uis est te de-
scurrit: **¶** **Q**uid autem habes quod
non accepisti? **¶** **S**i autem accepti
sunt: quod gloriaris quasi non accepe-
ris? **¶** **I**ta saturatus est: non diuites
facti estis. **¶** **S**ine nobis re-
gnatis. **¶** **E**rotina regnetis: ut et
nos vobiscum regnemus? **¶** **1. ca.**

¶ **U**to enim quod deus nos
apostolos nouissimos ordi-
dit: tamen morti desistat: quod
spectaculum facti sumus mundo
et angelis et hominibus? **¶** **N**os stulti
propter christum: vos autem prudentes
in christo. **¶** **N**os infirmi: vos autem
fortes. **¶** **N**os nobiles: nos au-
tem ignobiles. **¶** **U**scip in hanc
horam et esurimus et sitimus: et
nudus sumus: et colaphis cedi-
mus: et instabiles sumus: et la-
boramus: operantes manibus nostris.
¶ **M**aledicimur: et benedicimur:
persecutione patimur: et susti-
nemus. **¶** **B**laspheiamur: et ob-
secramus. **¶** **T**amen purgamenta
huius mundi facti sumus: vix peri-
ssima vix adhuc. **¶** **1. ca. in.**

¶ **Q**uoniam fundam vos
meos charissimos moneo.
¶ **N**am si decem milia pedagogi
et habeatis in christo: non nul-
tos presbiteros. **¶** **N**am in christo iesu per

euāgelii egovos genui. Ro
go ergovos imitatores mei
estote: sicut et ego christi.

Ideo mihi ad vos tymo-
theū q̄ est fili⁹ meus charissi-
m⁹ ⁊ fidelis i dño q̄ vos cō-
monefaciat vias meas que
sūt i xp̄o iesu sicut vbiq; i oi
ecclia doceo. Tāq̄ nō vētu-
rus sim ad vos: sic iflati sunt
qdā. Veniā aut ad vos cito
si dñs voluerit: ⁊ cognosca-
mus nō s̄mone eor̄ q̄ iflati
sūt: s; v̄tūtē. Nō enī i s̄mone
ē regnū dei: sed in virtute.
Quid vult; In virga ventā
ad vos: an in charitate ⁊ ei
spiritu mansuetudinis. Lu.

Hoete. xxi. Lecno. i.

Nimino audis iter vos
fornicatio: ⁊ talis for-
nicatio q̄lis nec int̄ gētesita
vt vxorē pr̄is sui aliq̄s habe-
at. Iteros iflati est; ⁊ nō ma-
gis luctū habuistis: vt tollā-
tur de medio v̄m q̄ hoc op⁹
fecit. Ego qdē absēs corpe
presens aut̄ spū iā iudicavi
vt p̄sens eū q̄ sic opat⁹ est: i
noīe dñi nr̄i iesu xpi congre-
gat; vobis ⁊ meo spū cū vir-
tute dñi iesu: tradere huius
modi hoīem sathane in inte-
ritū carnis: vt p̄s salu⁹ sit
in die dñi nr̄i iesu xpi. Nō
est bona gl̄iatio v̄ra. Nescit;

q; modicū fermētū totā mas-
sā corrūpit: Expurgate v̄t
fermētū vt sit noua p̄sp̄io
sicut est; azim⁹. Et ei pascha
nr̄m imolat⁹ est xps. Itaq;
epulemur nō i fermēto vēt̄
neq; i fermēto malitie ⁊ neq;
tie: s; i azimis sinceritatis ⁊

Scripsi vo (vitat; .
bis i ep̄a ne p̄miscea-
mi fontearis. Nō vtiq; for-
nicaris hui⁹ mūdi aut aua-
ris aut rapacib⁹ aut idolis
suiētib⁹: alioqn̄ debueratis
de hoc mūdo exisse. Nūc s̄t
scripsi vob; nō p̄misceri. Si
is q̄ frat̄ noīat int̄ vos ē for-
nicator: aut auar⁹: aut idol
seruēs: aut maledicus: aut
ebrius: aut rapax: cū huius
modi nec cibū sumē. Quid
enī mihi de his q̄ foris sunt
iudicare: Nōne de his q̄ in-
tus sūt vos iudicatis: Nam
eos q̄ foris sunt de⁹ iudica-
bit. Auferite malū ex vobis:
ipsis. Audet aliq̄s vestrū
habēs negocium a d̄uersis
alt̄ez iudicari ap̄d iquos:
⁊ nō ap̄d sc̄tōs: An nescitis
qm̄ sc̄i de hoc mūdo iudica-
būt: Et si in vobis iudicabit̄
tur mundus: idigne estis q̄
de minimis iudicetis: Nesci-
tis qm̄ āgelos iudicabim⁹.
Quātomag; secularia. Se-

cularia igitur iudicia si habue-
ritis: correptibiles qui sunt in ec-
clesia illos presertim ad iudi-
candum. Ad verecundiam vobis
dico. Sic non est in vos sapi-
ens quisquam qui possit iudicare
inter fratrem suum: sed fratrem cum fra-
tre iudicio preterdit: et hoc a pro-
fideles.

Lectio tertia.
Lam quod omnino delictum
est in vobis: quod iudicia
habetis in vos. Quare non
magis iniuriam accipitis: Qua-
re non magis fraudem patimini:
Sed vos iniurias facitis et
fraudatis: et hoc fratribus. An
nescitis: quod in regnum dei non
possidebitur. Nolite erra-
re: neque fornicari: neque ido-
lis seruietes: neque adulteri:
neque molles: neque masculorum
cubitores neque fures: neque
avarari: neque ebriosi: neque ma-
ledici: neque rapaces regnum
dei possidebunt. Et hec quod de-
fuisistis: sed abluti estis: sed scilicet
ificati estis: sed iustificati estis: in
noie domini nostri iesu christi: et in spi-
ritu dei nostri.

Rocte. xxij. f. i
Quia mihi licet: sed non
omnia expedit. Quia mi-
hi licet: sed ego sub nulli redi-
gar pretere. Esca veteri et vent-
eficis: deo autem et hunc et hanc de-
struet. Corpore autem non fornicat-
ionem sed domino: et deus corpori. Deo

et deum suscitavit: et nos
suscitabit pro virtute sua. Ne-
scitis quoniam corpora vestra membra
sunt christi: Tollens ergo membra christi
faciam membra meretricis: Abs-
sit. An nescitis: quoniam quod adhe-
ret meretrici unum corpus effi-
ciat: Erunt enim inquit duo in
carne una. Qui autem adheret
domino: unum spiritus est. Fugite for-
nicationes. Omne enim peccatum
quodcumque fecerit homo extra
corpus est: quod autem fornicat: in
corpore suo peccat. An nesci-
tis quoniam membra vestra templum est
spiritus sancti qui in vobis est: que ha-
betis a deo: et non estis vestre.
Imputi ei estis scio magno
glorificate et portate deum in
corpore vestro.

Lectio ii.
Dicitur quod autem scripsistis:
Mibi bonum est hoc mult-
ere non tangere. Propter forni-
cationem autem unusquisque suam
uxorem habeat: et unaqueque
suum virum habeat: et unusquisque
bitum reddat: similiter autem et
vir uxori. Mulier sui corpo-
ris preterem non habet sed viri:
similiter autem et vir sui corporis
preterem non habet: sed mulier
si forte ex presertim ad tempus vac-
ceris oronibus: iterum reverti-
mini in idipsum: ne temptet vos
sathanas propter incognitionem

vt am hoc aut dico scdm in-
dulgentiā nō scdm imperiū
Holo autē oēs vos esse sicut
meipm. Sz vnusquisq; ppri-
um donū habet ex deo: ali-
quidē sic: ali- vero sic. **lc. iij.**

Dico autē nō nuptias /
viduis: bonū est illis
si sic pmanserint sicut / z ego
Qd si nō se cōtinēt / nubant.
Melius est ei nubere q̄ vi-
uis aut qui matrimonio iū-
cti sunt / precipio non ego sz
dñs: vxorē a viro non disce-
dere. Qd si discesserit mane-
re innupta / aut viro suo re-
cōsiliari. Et vir vxorē nō di-
mittat. **¶** Nā ceteris ego di-
co nō dñs. Si q̄s frat vxorē
habet infidelē / z hec p̄sentit
habitare cū illo: nō dimittat
illā. Et si qua mulier fidelis
habet virū infidelē / z hic p̄se-
tit habitare cū illa: nō dimit-
tat virū. Sctificat⁹ est ei vir
infidelis p mulierē fidelē: et
sctificata est mulier infide-
lis p virum fidelē. Alioquin
filij vtri immundi essent: nunc
autē sancti sunt. Qd si infide-
lis discedit / discedat. Nō ei
seruituti subiect⁹ est frater
aut soror: i eiusmodi. In pa-
ce autē vocauit nos de⁹. An
de enī scis mulier si virū sal-
uum facies: Aut vñ scis vir

si mulierē saluā facies: At-
fronicuis sicut diuisit dñs.

¶ Hocce. xxiiij. Lectio p̄la
¶ Aliquēq; sicut vocat⁹
uit de⁹ ita ambulet⁹
z sicut in oībus ecclesijs vo-
cat⁹ est: non adducat prepri-
tū. In sp̄tuo aliq; vocat⁹
est: nō circūdatur. Circūci-
sio nihil est: z preprium ni-
hil est: sed obseruatio māda-
torum dei. **¶** Vnusquisq; in
qua vocatione vocatus est:
in ea permaneat. Seru⁹ vo-
catus es: nō sit tibi cure. Sz
et si potes fieri liber⁹: magis
vtere. Qui ei in domino vo-
cat⁹ est seru⁹: liber⁹ est dñi.
Similiter q̄ liber vocat⁹ est:
seru⁹ est xpi. Precio empti
estis: nolite fieri serui hoim.
Vnusquisq; ergo in quo vo-
catus est frater: hoc perma-
neat apud deum. **Lectio. ij.**

¶ De virginitate autē prece-
prum dñi nō habeo:
consiliū autē do tanq̄ mis-
cōsecutus a deo: vt sim fide-
lis. Existimo enī hoc bonus
esse propter instantē necessi-
tate: qm̄ bonū est hoc sic esse
Alligat⁹ es vxorē: noli que-
rere solutionem. Solut⁹ es
a vxore: noli q̄rere vxorem
Si autē acceperis vxorem

nō peccasti? si impferit vir: go nō peccauit. Tribulatio nē tñ carnis habebūt huius modi. Ego autez vobis pco.

E hoc itaqz dico ffes. **T**e pus breue est. Reliquum est vt et qui habēt vxores / tāq nō habētes sint: z q̄ sēt / tāq nō sētēs: z qui gaudēt tanq̄ nō gaudētes? et qui emunt tanq̄ nō possidētes: z q̄ vtuntur hoc mūdo tāq̄ nō vtant. p̄terit enī figura huius mūdi. Volo autē vos sine sollicitudine eē. Qui autē cū vxore est sollicitus est q̄ dñi sunt quō placeat deo. Qui autē cū vxore est sollicitus est q̄ sūt mūdi quomodo placeat vxori? et diuisus est. **Lectio. iij.**

E mulier inupta z vir go cogitat q̄ dñi sunt vt sit sancta corpore et spū. Que autē nupta est cogitat que sunt mundi: quō placeat viro. Porro hoc ad vtilitātē vestrā dico: nō vt laqueus vobis iniā sed ad id quod honestū est z qd facultatem p̄beat: sine impedimēdo dñm obsecrandi. Si quis autē turpē se videri existimat sup virgine sua q̄ sit superadulta z ita oportet fieri: qd vult faciat. Nō peccat si nubat. Nā q̄ statuit i corde suo firmus nō

habens necessitatē potest tē autē habēs sue volūtatē? et hoc iudicauit i corde suo seruare virgine suā: bñ facit. Igit et q̄ matrimonio iungit v̄ginē suā bñ facit: z q̄ nō iungit meli⁹ facit. **M**ulier al ligata est legi: quāto tēpore vir ei⁹ viuūt. **Q**d si dormierit vir ei⁹: liberata est. Qui autē vult nubat: tñ in dño. Beatior autē erit: si sic p̄manserit scdm̄ meū p̄siliū. Puto autē qz ego sp̄ritū dei habeam

Lectio. xxxij. Lectio. i.
D e his autē q̄ idolis imolant scim⁹: qz oēs sciētia habem⁹. Sciētia istar charitas dō edificat. Si q̄s autē se existimat scire aliqd nondū cognouit quē admodū oporteat eū scire. Si q̄s autē diligit deū: hic cognit⁹ est ab eo. **D**e elcis autē q̄ idolis imolā: scim⁹ qz nihil est idoliū in mūdo: z qd nullus de⁹ nisi vn⁹. Nā z si sunt q̄ dicant dñi siue i celo siue i terra: si qdē sunt dñi multi et dñi multi: nobis tñ vn⁹ deus pat̄ ex quo oia z nos i illo: z vnus dñs iesus xp̄s p̄ quez oia / z nos per ip̄m. Sed nō in oib⁹ est sciētia. **Lectio. ij.**

Quidā autē cum sciētia vsqz nunc idoli quasi

idolotitum māducant? z cō-
 scientia ipsoꝝ cū sit infirma
 polluit. Esca autē nos nō cō-
 mendat deo. Neq; enī si mā-
 ducauerim? abundabimus
 neq; si non manducauerim?
 deficiemus. **V**idete autē
 ne forte hec licentia nostra
 offendiculū fiat infirmis. Si
 enim quis viderit eū qui ha-
 bet scientiam in idolo recū-
 bentem? nome conscientia
 eius cū sit infirma edificabit
 ad manducandū idolotita.
 Et pibit infirm? i tua sciētā
 frat? ppter quē xps mortu?
 est. Sic autē peccātes i fres
 et pcutiētes psciētā eoz in
 firmā? i xps peccetis. Qua-
 propt si esca scādālizat fres
 meū nō māducabo carnē in-
 elnū? ne fres meū scādālizē

Rōn sū liber: **Rcō. ij**
 Non sū apłus? Non
 ne xpm iesū dñm nīm vidi?
 Nōne opus meū vos estis i
 dño? Et si alijs nō sū apłus
 sed tñ vobis sum. Nā signa-
 culum apłat? mei vos estis
 in dño. Nāca defensio apud
 eos q me introgant/ hec est.
 Nunquid non habemus po-
 testatē māducādī z bibendī?
 Nunqd nō habem? potesta-
 tē mulierē forozem circūdu-
 cendā? sicut z ceteri aposto-

li et fratres dñlet cephas?
 Aut ego sol? z barnabas nō
 habem? pfrātē hoc opandī?
Quis militat suis stpē-
 dijs vnq;? Quis plantat vi-
 neā? et de fructu ei? nō edit?
 Quis pascat gregē? et de la-
 cte gregis nō māducāt. Nū
 quid secundum hoīem hec
 dico? An z lex hec nō dicit.
 Scriptū est enī in lege moy-
 si. Nō alligabis os boui tñ-
 turāt. Nunqd de bobus cu-
 ra est deo? An propter nos
 vtiq; hoc dicit? Nā ppter nos
 vtiq; scripta sūt: qm̄ debet ī
 spe q arat arare? q triturat
 in spe fructus percipiendī.

Hocce. xxv. Lectio vlt.
Si nos vobis spiritua-
 gnus est si nos carnalia vīa
 metam? Si alij potestatis
 vestre participes sūt/ quare
 nō potius nos? Sed non vsī
 sum? hac potestate. Sz oīa
 sustinemus? ne quod offen-
 diculū dem? euangelio xpi.

Nescitis qm̄ qui in sacra-
 rio opant q de sacratio sunt
 edūt? et q altario deseruūt
 cū altario participant? Itz
 et dñs ordinauit hīs q euā-
 gelitū annūciāt? de euāgelio
 viuere. Ego autē nullo ho-
 rīvylus sū. Non autē scripsī

hec: vt ita fiat in me. **Le. 6. 11**

Bonū est enī mihi māgis mori q̄ vt gloriāz meā q̄s euacuet. Nam et si euāgelizā uero non est mihi gloua. Necessitas enī mihi incūbit. Ne ei mihi est: si nō euāgelizā uero. **S**i e uo- lēs hoc ago mercedē habeo si aut inuit^o dispensatio mihi credita ē. Que est ergo merces mea: Et euāgeliiū predi- cans sine sū ptu ponā euāge- liū: vt non abutar potestate mea in euāgelio. **lectio. 11.**

Nam cū liber essey ex omnibus oim me ser- uū feci: vt plures lucriface- rem. Et fact^o sū iudeis tāq̄ iudeus: vt iudeos lucrarer. Hīs q̄ sub lege sūt quasi sub lege esse cū ipse non esse sub lege: vt eos q̄ sub lege erant lucrifacerē. Hīs q̄ sine lege erant tanq̄ sine lege essem: cū sine lege dei nō esse: s; in lege esse xpi: vt lucrifaceres eos q̄ sine lege erant. Fact^o sū infirmis infirmus: vt infir- mos lucrifaceres. **D**ib^o oia fact^o sum: vt oēs facerē sal- uos. **D**ia aut facio propter euāgeliiū: vt particeps eius efficiar. **N**escitis q̄ hi q̄ i stadio currūt oēs quidē cur- runt: sed vn^o accepit b̄nauū:

Sic currite: vt p̄p̄hēdat. Hīs enī q̄ in agone p̄tendit ab oib^o se abstinet. Et illi q̄ dēvt corruptibile coronā ac- cipiant nos autē incorruptā. **E**go igit sic curro non q̄si in incertū: sic pugno non q̄si ae- rem d̄berās. **S**; castigo cor- pus meū: et in seruitutē redi- go: ne forte cū alijs p̄dicauē rim ipse reprobus efficiar.

Hocte. xxxj. Lectio. 11a

Nolo ei nos ignorare: **N**ostri oēs sub nube fuerunt: et oēs mare transierūt: et oēs in moyse baptizati sūt in nu- be et in mari. **E**t oēs eandē escam spiritalē manducaue- runt: et oēs eūdē potū spiri- talē biberūt. **B**ibebāt autē de spiritali consequēt e eos petra. **P**etra autē erat xps. **S**ed nō in pluribus eorū be- neplacitū est deo. **N**am pro- strati sūt in deserto. **H**ec autē in figura facta sunt: nos- tri: vt nō simus cōcupiscent- tes malorū: sicut et illi cōcu- pierūt. **N**eq; idolatre efficiā- mini sicut quidā ex ipis: quē admodū scriptū est. **S**edit populus māducare et bibe- re: et surrexerūt ludere. **N**eq; fornicemur sicut quidā ex ipis fornicari sunt: et cecide-

rātyna diei. gnti tria milia
 Neq̄ tēptem? xpm̄ sicut qui
 dam corū tēptauerunt? et a
 serpētib⁹ perierunt. Neq̄
 murmuraueritis sicut q̄daz
 eorū murmurauerūt? et pe
 rierūt ab exēmnatore. Hęc
 aut̄ oīa in figura p̄tingebāt
 illis? scripta sūt aut̄ ad cor
 reptionē nostram: in quos fi
 nes sc̄orū deuenerunt. Ita
 q̄ quis se existimat stare? vi
 deat ne cadat. **Lectio. ij.**

A Emptatio vos nō ap
 prehēdat: nisi huma
 na. Fidelis autēz deus est q̄
 nō patiet̄ vos tēptari supra
 id q̄ potestis: sed faciet cū
 tēptatione etiā prouētuz: vt
 possitis sustinere. Propter
 quod charissimi mihi fugi
 te ab idolorum cultura. Et
 prudētib⁹ loquor: vos ipsi iu
 dicare quod dico. Calix be
 nedictionis cui benedictim⁹
 nōne cōmunicatio sanguinis
 xpi est? Et panis quem fran
 gimus? nonne participatio
 corporis domini est? Quoni
 am vni⁹ panis et vni⁹ corpus
 multi sumus: omnes qui de
 vno pane et vno calice par
 ticipamus. **V**idete isrl̄ se
 cundū carnē. Nonne q̄ edūt
 hostias participes sūt alta
 ris? Quid ḡ? Dico q̄ idols

imolant̄ sit aliqd̄? aut q̄ ido
 lum sit aliqd̄? S; q̄ imolant
 gētes demoniis imolant? et
 nō deo. Nolo aut̄ vt vos socios
 fieri demonioꝝ. Quoniam po
 testis calicē dñi bibere: et ca
 licē demonioꝝ nō potestis
 mense dñi pticipes esse: mē
 se demonioꝝ. An emula
 mur dñm? Nunquid fortio
 res illo sumus? **Lectio. iij.**

O mnia mihi licēt: s; nō
 oīa expediūt. Nā mē
 hi licēt: s; nō oīa edificāt. Ne
 mo q̄ suū est querat: sed q̄
 alterius. Sine q̄ i marcel
 lo venit māducate: nihil in
 terrogātes p̄pter cōsciētiam
 Dñi est tra? et plenitudo er?

S i q̄ vocat vos infidelis
 ad cenā? et vultis ire? oē q̄ vo
 bis appōit māducate: nihil
 interrogātes p̄pter cōsciētiam.
 Si q̄ autē dixit hoc imo
 latū est idolis? nolite mādu
 care: p̄pter illū q̄ indicauit: et
 p̄pter cōsciētiam. Cōsciētiam aut̄
 dico: nō tuā? s; alteri⁹. Et q̄d
 enī libertas mea iudicat ab
 aliena cōsciētia? Si ego cū
 grā pticipo: q̄d blasphemoz
 p̄ eo q̄ gr̄as ago? Siue ergo
 māducatis siue bibitis: vel
 aliud q̄d facitis: oīa in gl̄iam
 dei facite. Sine offēsiōe esto
 te iudeis: et gētib⁹: et ecclē dei

ficut ⁊ ego p oia oibꝫ placeo
nō querens qđ mibi vtile est
sed qđ multis: vt salui fiant

Hocce. xxv. Lectio. i.

Imitatores mei estote
sicut ⁊ ego xpi. Laudo
aut vos fr̄es qꝫ p oia mei me
mores estis: et sicut tradidi
vobis pcepta mea tenetis.

Volo aut vos scire: qꝫ oēs vi
ri caput xpi ē: caput at mu
lieris viri. Caput xpi deꝫ
Sis vir orās aut pphetās
velato capite: deturpat ca
put suū. Sis at mulier orās
aut pphetās nō velato capite
deturpat caput suū. Anū
ei ē ac si decaluet. Nā si non
velat mulier: tōdeat. Si vō
turpe est mulieri tōderi aut
decaluari: velet caput suū.

Uir qđ dē nō debet velare
caput suū: qm̄ imago ⁊ glia
dei est: mulier aut glia viri ē
Hō ei vir ex muliere ē: sꝫ mu
lier ex viro. Trei nō ē creatꝫ
vir ppter mulierē: sꝫ mulier
ppf viri. Vō debet mulier ve
lamē habere sup caput suū
⁊ ppf angelos. Uerūtī neqꝫ
vir sine muliere: neqꝫ mulier
sine viro in dño. Nā sicut mu
lier de viro ita ⁊ vir p mulie
rē. Dia aut ex deo. **Lectio. ii.**

Usi ph iudicate: de
cet mulierē non vela

ram orare deū: Nec ipa natu
ra docet vos. Qđ vir quidē
si comā nutriat ignominia ē
illi: mulier vō si comā nutri
at glia ē illi: qm̄ capilli pve
lamie ei dati sūt. Si qđ aut
videt p̄tentioꝫ esse: nos talē
consuetudinē nō habemus:
neqꝫ ecclia dei. **Hoc aut**

precepto: nō laudās qꝫ nō in
meliꝫ sed in deteriꝫ puenitis
Prīmū quidem puenitibꝫ
vobis in eccliam audis scilicet
furas eē inē vos: ⁊ ex parte
credo. Nā oportet hereses
esse: vt ⁊ qꝫ p̄bati sūt manife
sti fiāt in vobis. **Conuenitibꝫ**
ergo vobis in vnū: itā non est
dñicam cenam manducare

Anul qđsqꝫ enī suā cenā sū
mit ad māducādū. Et alius
quidē e iurit: alii aut ebnꝫ ē
Nūqđ domos nō habet: ad
māducādū ⁊ bibēdū: Aut
eccliam dei p̄tentis: ⁊ ofun
ditis eos qꝫ nō habēt: Quid
dicaz vobis: Laudo vos: in
hoc non laudo. **Lectio. iii.**

Ego enī accepi a dño
qđ tradidit vobis: qm̄
dñs iesꝫ in qua nocte trade
bat accepit panem: et grās
agēs fregit dixit. Accipite
et māducate. Hoc est corpꝫ
meum: qđ p vobis tradetur.
Hoc facite in meā ⁊ memo:

rationē. **S**icut et calicem
postq̄ cenauit dices. Hic ca
lir nouū testamētū est ī meo
sanguine. Hoc facite quēns
cunq; bibetis ī meā p̄mō:
rationē. Quotiens cunq; enī
manducabitis panē hunc et
calices bibetis mortem dñi
annunciabitis donec ueniat
Itaq; quicunq; māducauerit
panēz biberit calicē dñi
indigne: reus erit corp̄s et sā
guinis dñi. Probet aut̄ seip̄
suz hōr sic de pane illo edat
et de calice bibat. Qui enīz
māducat z bibit indigne iu
diciū sibi manducat z bibit
non iudicans corpus dñi.

Qdeo inter vos multi ifir
mi z imbecilles: et dormiūt
multi. **D**si nosmetipsos di
iudicarem⁹: nō utiq; iudica
remur. **D**ū iudicaremur au
tem: a dño corripimur ut nō
cum hoc mundo dānemur.
Itaq; fratres mei cū cōue
nitis ad manducandū: inui
cem expectate. Si q̄s esurit
domi manducet: et nō in iu
diciū ueniatis. **L**etera au
tem cum uenero disponam.

Hocce. xxviii. Lectio. i.

De spiritualib⁹ aut̄ no
lo vos ignorare fra
tres. Scitis aut̄ qm̄ cū gen
tes essetis: ad simulachra

muta put ducebamini euntes.
Ideo notū uobis factū
q̄ nemo in spū dei loquēdū
cit anathema iesu. Et nemo
potest dicere dñs iesus: nisi
in spū sc̄tō. **D**iuisiones uero
gratiarum sunt: idem autēz
spiritus. Et diuisiones mi
nistracionum sunt: idem autēz
domin⁹. Et diuisiones ope
rationum sunt: idem uero de
us qui operatur om̄ia in om
nib⁹. **U**niciq; autem da
tur manifestatio spirit⁹: ad
utilitatē. **A**lij quidē p̄ sp̄m
datur sermo sapientie: alij
autē sermo scientie sc̄d̄m eun
dem sp̄m. **A**lteri fides in eo
dē spū: alij gr̄a sanitarum in
vno spū. **A**lij operatio st̄tu
tum: alij p̄phetia: alij discre
tio spiritū: alij genera lin
guarū: alij interpretatio ser
monū. **H**ec autē oīa opatur
vnus atq; idē spūs: diuidēs
singulis prout uult. **Lectio. ij.**

Sicut ei corp⁹ vnū est /
et mēbra habet m̄lta
om̄ia autē mēbra corporis
cū sint multa vnū tamē cor
pus sunt: ita z xp̄s. **E**t enim
in vno spiritu oēs nos ī vnū
corp⁹ baptizati sumus: siue
iudei: siue gētiles: siue sui
siue liberi: et om̄es vno spū
potati sumus. **N**ā et cor
q. ij.

pus nō est vnū mēbrum sed
mūta. Si dixerit pes/qm nō
sum man⁹ non sum de corpo
re: nū ideo non est de corpo
re? Et si dixerit aur⁹ qm nō
suz oculus nō sum de corpo
re: nū ideo non est de corpo
re? Si totū corpus oculus?
vbi auditus? Si totuz audi
tus? vbi odorat⁹? Hunc aut
posuit deus membra? vnū:
quodqz eoz in corpore sicut
voluit. Qd si essent oīa vnū
mēbrum? vbi corpus? Hunc
autē multa quidē membra?
vnū autē corpus. *Actō. iij.*

Mocul⁹ manus opa tua
non indigeo? aut itez ca put
pedib⁹: non estis mihi neces
sarij. Sed multo magis q̄ vi
dētur mēbra corpus infir
miora esse? necessaria sūt.
Et que putam⁹ ignobiliora
mēbra esse corpus? his ho
nozem abundantiorē circū
damus. Et q̄ inhonesta sunt
nostra abundantiorē hone
statē habent. Honesta autē
nra nulli⁹ egent. Sed de? te
per auit corp⁹? ei cui deerat
abundantiorē tribuendo ho
noze: vt non sit scilima in cor
pore: sed in ipsum pro inui
cem sollicita sūt mēbra. Et
si quid patir vnū mēbrū: cō-

patiunt oīa mēbra? sine glo
riatur vnū membrū: cōgan
dent oīa membra. Hos autē
estis corpus xpī? ⁊ membra
de membro. **E**t quosdaz
quidē posuit de⁹ i ecclia: pā
mum aplos/ scdo pphetas/
tertio doctores: deinde vir
tutes/ exinde gr̄as curatio
num/ opitulationes/ guber
nationes/ genera linguarū:
interpretatiōes sermonū. Nū
quid oēs a p̄tr? Nunqd oēs
prophete? Nunquid oēs do
ctores? Nunqd oīes virtutes?
Nunqd omnes gratiā
habent curationuz? Nunqd
oēs linguis loquunt⁹? Nun
quid oēs interpretant⁹? Emu
lamini aut carismata melio
ra. Et adhuc excellentiores
viam vobis demonstro.

Hocte. xxx. *Actio p̄ia*
S linguis hoīz loquar
⁊ angeloz charitates
aut nō habeā: fact⁹ suz velut
es sonās aut cimbālū timi
ens. Et si habuero pphetiā
⁊ nouerim mysteria omnia et
oēm sciētā: ⁊ habuero omnē
fidē itayt montes transferā
charitatē a sūt non habuero:
nihil sū. Et si distribuero in
cibos pauperū oēs faculta
tes meas: ⁊ si tradidero cor
pus meū itayt ardeā: chari

tates aut nō habuero: nihil mihi pdest. **C**haritas patiens est: benigna est. Charitas nō emulat: nō agit ppetrā: nō inflat: non est ambitiosa: nō querit q̄ sua sunt. Non irritat: nō cogit malum: non gaudet sup̄ iniquitate: ꝓgaudet aut̄ v̄itati. Omnia suffert oīa credit: oīa sperat oīa sustinet. Charitas nunq̄ excidit. Siue pphetie euacuabuntur: siue lingue cessabūt: siue scientia destruet. **1c. ij.**

Ex parte em̄ cognoscimus. Cū aut̄ uenerit qd̄ pfectū ē: euacuabit qd̄ ex pte ē. Cū essem paruul⁹ loq̄bar vt puulus: sapiebā vt puulus: cogitabā vt puul⁹. Nū aut̄ fact⁹ s̄ uir: euacuauit q̄ erant paruuli. **U**idem⁹ nūc per speculū i emigmate: tūc aut̄ facie ad facie. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscā: sicut ⁊ cognit⁹ sum. Nūc aut̄ manent fides spes charitas tria hec. **M**aior aut̄ horū est charitas. **1c. iij.**

Seciamini charitatē: Semulamī spūalia: magis aut̄ vt pphetes. Qui ei loquit̄ lingua: nō hoib⁹ loquitur: s; deo. Nemo em̄ audit **S**pūs aut̄ loq̄t̄ mysteria.

Nā q̄ pphetat: hoib⁹ loquit̄ ad edificationē ⁊ exhortationē ⁊ consolationē. Qui loquit̄ lingua semetipm̄ edificat: q̄ aut̄ pphetat: ecclesiaz dei edificat. **H**oete. xxx. **Lecl. i.**

Uolo aut̄ oēs vos loq̄ pphetare. Nam maior est q̄ pphetat: q̄ qui loquit̄ liguis: nisi forte interpretet: vt ecclesia edificationē accipiat. Nunc aut̄ fr̄es: si uenero ad vos lingua loq̄ns: quid uobis pdero: nisi uobis loquar: aut in reuelatiōe: aut i sciētia: aut i prophetia: aut in doctrina: **T**n̄ q̄ sine aia sūt uocē dātia siue tibia: siue cithara: nisi distinctionē sonitūū dederit: quō sciet̄ id qd̄ canit: aut qd̄ citharizat: **E**tenim si incertā uocē det tuba: q̄s parabit se ad bellū: Ita ⁊ uos p linguā nisi manifestū sermonē dederitis: quō sciet̄ id qd̄ dicit: **E**ritis em̄ in aera loq̄ntes: tā multa vt puta genera linguaz sunt i hoc mūdo: ⁊ nihil sine uocē est. Si ḡ nesci ero ⁊ tute uocē: ero ei cui loquar barbarus: et q̄ loquit̄ mihi barbarus. Sicut uos qm̄ emulatores estis spirituum ad edificationē ecclesie: querite vt abundetis. **E**t q. iij.

ideo q̄ loquitur lingua? orietur
 interpret. Nam si orietur lingua
 spūs meos oriat: mēs autē mea
 sine fructu ē. Quid ergo ē?
 Orabo spūs orabo et mente
 psallā spūs psallā et mente
 Ceterum si benedixeris spi
 ritu? quis supplet locū yde
 ote? Quomodo dicet amen
 super tuam benedictiones?
 Quoniam qd̄ dicas nescit?
 Nam tu quidem bene gra
 tias agis? sed alter non edi
 ficatur. Gratias ago deo q̄
 omnium vrm̄ lingua loquor
 Sed in ecclia volo q̄nc̄ ver
 ba sensu meo loqui: vt z ali
 os instrua. q̄ decē millaver
 box in lingua. **Lectio sc̄da.**

Hatres? nolite pueri
 effici sensibus s; mali
 cia parū vult estote: sensib; au
 tē p̄fecti estote. In lege enī
 scrip̄tū ē. Quī alijs liguis
 et labijs alijs loquar pp̄lo
 huic: nec sic exaudient me
 dicit dñs. Itaq; lingue in
 signū sunt non fidelibus: s;
 infidelibus? prophete autē
 non infidelibus sed fidelib;
 Si ergo cōueniat vniuer
 sa ecclia in vni et oēs lin
 guis loquantur: intrent au
 tē ydeote aut infideles: non
 ne dicēt qd̄ isanitis? Si autē
 oēs p̄phetēt: intret autē q̄s i

fidelis vel ydeota: cōvincit
 ab omnibus: ydudicatur ab
 omnibus. Occulta cordis
 eius manifestata sunt: et tra
 cadens i faciē adorabit de
 um: p̄nuncians q̄ vere deus
 in vobis sit. **Lectio tertia.**

Quid ḡ est fr̄es? Cū cō
 uenitis vnus q̄sq; vrm̄
 psalmū habet: doctrinā ha
 bet: apocalypsim habet: lin
 guā habet: interpretationem
 habet: oia ad edificationem
 fiant. Siue ligua q̄s loquit
 sed; duos: aut vt mltū tres:
 z p̄ partes: et vn̄ interpretet.
 Si autē nō fuerit interp̄es ta
 ceat i ecclia: sibi autē loquat
 z deo. Prophete autē z duo
 aut tres dicāt: z ceteri ydud
 dicēt. Qd̄ si alij reuelatū fu
 erit sedēti: p̄or taceat. Pote
 stis ei oēs p̄ singulos p̄phe
 tare: vt oēs discāt: z oēs ex
 hortent. Et spūs p̄rophe
 taz p̄phetis subiect; ē. Nō
 ei dissēsiōis ē de: s; pacis: si
 cut z i oib; ecclijs sc̄tōz do
 ceo. Mulieres in ecclijs ta
 ceāt. Nō enī p̄mittit eis loq̄
 s; subditas eē: sicut et lex di
 cit. Si qd̄ autē volūt discere:
 domi viros suos infrogent.
 Turpe ē enī mulieri loqui i
 ecclia. An a vob; vbi dei p̄
 cessit: aut syos solos puenit

Si q̄s videt p̄pheta eē: aut sp̄ialis? cognoscat q̄ scribo vobis: q̄ dñi sunt mandata. Si q̄s autē ignorat? ignora bitur. Itaq̄ fratres emula mini prophetare: et loqui lūguis nolite p̄hibere. Omnia autē honeste et secundum ordinem fiant in vobis.

¶ Hoete. xxxi. Lectio p̄ma.

¶ Dñi autē vobis factores euāgelii q̄s predicavi vobis: q̄s et accepistis: in quo et statis: p̄ q̄s et salvamini? qua rōne p̄dicaverim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi em̄ vobis in p̄mis q̄s et accepi? q̄m xp̄s mortuus est p̄ peccatis n̄ris sc̄dm̄ scripturas: et q̄ sepultus est: et q̄ resurrexit tertia die sc̄dm̄ scripturas: et q̄ visus est cep̄he: et post hoc vndecim. Deinde visus est plus q̄ quingētis fratribus? si mul̄: ex q̄bus m̄lti manēt vsq̄ adhuc: q̄dā autē dormierunt. Deinde visus est iacob: dein de ap̄lis omnibus. Nouissime autē oim̄ tanq̄ abortiuo visus ē: et mihi. Ego em̄ sū minimus apostolorum: q̄ non sum dignus vocari ap̄lis: q̄m̄ p̄secutus sum ecclesiam dei. Gratia autē dei sum id quod sum: et gratia eius in me vacua non fu

it: sed abundanti? illis omni bus laboravi. Non ego autem: sed gratia dei mecum. Sive enim ego: sive illi: sic p̄dicauim? et sic credidistis.

¶ Sicut autē q̄ resurrexit a mortuis? quomō quidam dicit in vobis q̄m̄ resurrectio mortuorum non est? Si autē resurrectio mortuorum nō est: neq̄ christus resurrexit. Si autē christus nō resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis ē et fides vestra.

¶ Inuenimur autē et falsi testes dei: q̄m̄ testimonium diximus aduersus deum q̄ suscitauerit christū: quē non suscitauit: si mortui nō resurgunt. Nam si mortui non resurgūt: neq̄ christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enī estis in peccatis vestris. Ergo et q̄ dormierunt in christo perierūt: Si in hac vita tantū in christo sperantes sumus? miserabiles sumus omnibus hominibus. **Lectio tertia.**

¶ Dñc autē christus? resurrexit a mortuis p̄m̄tē dormientium: q̄m̄ quidē p̄ hominē mortuus: et p̄ hoīem resurrectio mortuorum. Et sicut q. iij.

I adā oēs moriuntur ita et i
xpo oēs uiuificabit. Unus
quisq; aut in suo ordine? pri
mitie xps. Deinde hi q; sunt
xpi qui in aduetu eius cre
diderit. Deinde finis cū tradi
derit regnū deo et patri? cuz
euacuauerit oēm p̄ncipa
tū et potestātē et virtutem.

¶ **S**oportet aut illū regna
re? donec ponat omnes in
imicos sub pedibus ei?. Ho
uissime aut inimica destrue
tur mors. **S**ia enī subiecit
sub pedib; eius. Cū autē vi
cat oīa subiecta sunt ei? sine
dubio p̄ter eū qui subiecit
ei oīa. Cū autē subiecta fue
rint illi oīa? tūc et ipse filius
subiectus erit illi qui subie
cit sibi oīa: vt sit deus oīa in
oibus. Alioquin? quid faci
ent q; baptizantur pro mor
tuis? Si omnino mortui nō
resurgant? vt quid et baptizā
tur pro illis? Et quid et nōs
periclitamur omni hora?

¶ **Hocte. xxxij. Lectio. 4.**

Quotidie morior pro
pter vestrā gloriā fra
tres? quāz habeo in xpo iesu
dño nostro. Si sedm̄ hostem
ad bestias pugnaui ephesi?
quid mihi prodest si mortui
nō resurgunt? Abanducem?
et bibamus? cras enī morie

mur. Nolite seduci. Corru
punt mores bonos colloq̄a
mala. ¶ **E**uigilate iusti et
nolite peccare. Ignorantiā
enī dei quidā habēt. Ad re
uerentiā vobis loquor. S; **S**
dicit aliquis. Quō resurgit
mortui? Quali aut corpore
veniet? Insiptēs tu quod se
minas non uiuificat? nisi p̄s
us moriatur. Et quid semē
nas? Nō corpus quod futu
rū est seminas? s; nudū gra
nū: vt puta tritici aut alicu
lus ceterorū. Deus aut dat
illi corpus sicut vult: et mi
cuiq; seminū propriū corp⁹

¶ **Q**uod oīs caro? **Lectio.**
eadē caro? s; alia hoc
minū? alia pecorū? alia volu
crū? alia aut pisciū. Et cor
pora celestia? et corpora ter
restria. S; alia qdē celestium
glia? alia aut terrestriū. Alia
claritas solis? alia claritas
lune? et alia claritas stellarū
Stella enī a stella differit in
claritate? sic et resurrectio
mortuorū. ¶ **S**eminatur in
corruptione? surget i incor
ruptione. Seminatur in igno
bitate? surget i gloria. Se
minatur in infirmitate? sur
get in virtute. Seminatur cor
pus animale? surget corpus
spiritale. Si est corpus ani

male ē et spiritale sicut scri-
ptum est. Factus est prim⁹
homo adā in animā viuētē
nouissim⁹ adā in spiritū uiu-
ficantē. Sed nō pu⁹ qđ spiri-
tale est: s; qđ animale: deum
de quod spiritale. **Lecl. iiii.**

Primus homo de ter-
ra terrenus: secund⁹
homo de celo celestis. Qua-
lis terrenus tales: et terreni:
et qualis celestis: tales: et ce-
lestes. Igitur sicut portau-
mus imaginē terrē: porte-
mus et imaginem celestis.
Hoc autem dico fratres: qz
caro et sanguis regnum dei
possidere non possunt: neq;
corruptio: i: corruptelā possi-
debit. **E**cce mysteriū vo-
bis dico. **D**ēs qđē resurge-
mus: s; nō oēs imutabimur.
In momēto: i: ictu oculi: in
nouissima tuba. **L**anet enī
tuba: et mortui resurgēt i: cor-
rupti: et nos imutabimur.
Oportet enī corruptibile
hoc induere incorruptionē
et mortale hoc induere imor-
talitatem. **L**ū autē mortale
hoc induerit immortalitē:
tūc fiet s;mo qđ script⁹ ē. **A**b-
sorp̄ta est mors in victoria.
Abi est mors victoria tua:
Abi est mors stimulu tuus:
Stimulu autē mortis pecca-

tū est: vir⁹ vero peccati leg-
Deo autē gratias: qui dedit
nobis victoriā per dominū
nostrum iesū xp̄s. **I**taq; fra-
tres mei dilecti stabiles esto-
te et immobiles: abundātes i
oī opere dñi semp: scientes
q; labor uester nō est inanis
in dño. **Hoc. xxxiiij. le. i.**

Dcollectis autē que
sunt i: sc̄tōs: sicut or-
dināui eccl̄ijs galathie: ita
et vos facite per vnā sabbā-
ti. **A**nul qđq; uestřū apud se
reponat recondēs qđ ei be-
ne placuerit: vt nō cū vene-
ro tūc collecte fiāt. **L**ū autē
presens fuero: quos proba-
ueritis p ep̄stolas hos mit-
tā perferre gratiā uestřā in
hierusalē. **D**ō si dignū fue-
rit vt ego eam: mecū ibunt.
Veniā autē ad vos: cū ma-
cedoniā pertrāsiero. **N**ā ma-
cedoniā pertransibo. **N** p̄
vos autē forsitan manebo vř
etiam h̄yemabo: vt vos me
deducat: quocūq; iero. **N**o-
lo enī vos modo in transitu
videre. **S**pero ei me aliquā
tulū tēporis manere apud
vos: si dñs permisit. **Pa. ii.**
Permanebo autē ephe-
sivsq; ad p̄thecostē.
Ostiu enī mihi a pertū ē ma-
gnū et euident: et aduersa:

Prima priuata nocte de Genesi

rij multi. Si autē uenerit ty
motheus? uidete ut sine ti-
more sit apud vos. Sp^s enī
domini operat sicut et ego.
Ne quis ergo illuz spernat.
Deducite autē illuz in pace?
ut ueniat ad me. Expecto ei
illum cum fratribus. ¶ De
apollo autē fratre uobis no-
tum facio? quoniā multū ro-
gaui eum ut ueniret ad uos
cū fratribus: et utiq; nō fuit
uolūtas eius ut nūc ueniret.
Veniet autē cum ei uacuuus
fuerit. Vigilate sate in fide
uiriliter agite et cōfortami-
ni: omnia enī uestra in chari-
tate fiant. **Lectio tertia.**

Obesco autē uos ffes-
nositis domū stepha-
ne et fortunati et achaiici quā
sunt primitie achate: et i mi-
nisteriū scōpō ordinauerūt
seipos: ut et uos subditi sitis
eiusmodi: et oī cooperanti
et laborāti. Gaudeo autē in
presentia stephane et fortu-
nati et achaiici quā id quō uo-
bis deerat ipī suppleuerūt.
Refecerūt enī et meū spū et
uim. Lognoscite ḡ quā eiu-
smodi sunt. ¶ Salutant uos
omnes ecclesie asie. Salu-
tāt uos in dño multū aquē-
la et piscilla cum dome-
stica sua ecclesia: apō quos

et hospitor. Salutant uos
omnes fratres. Salutate i-
uicem in osculo sancto. Sa-
lutatio mea in manu pauli.
Si quis non amat dominuz
nostrum iesum christum: sit
anathema maranatha Gra-
tia domini nostri iesu christi
uobiscū. Caritas mea cum
omnibus uobis in christo ie-
su amen. ¶ **Sermonia. h. r.**
fuerit occupata festo purifi-
cationis tunc pmi nocturni
lectiones de principio gene-
sis seruātur: prima priuata
nocte tertia et quarta pma
secūdi nocturni secūda pri-
uata nocte septima et octa-
ua similiter proxima compu-
tata. Alioquin prima priua-
ta nocte erit. Lectio prima

Taliter ergo dñs deus
in paradysum uoluptatis? ut
operaret et custodiret illuz:
precepitq; ei dicens. Ex om-
ni ligno paradysi comede?
de ligno autē scētēte boni et
mali ne comedas. In qua-
cumq; enī die comederis ex
eo: morte morieris. Dixit
quoq; domin^s deus. Nō est
bonū hoīem esse solū: facia-
mus ei adiutorū simile sibi
¶ **F**ormatis igitur domin^s
deus de humo cunctis ani-

mantib⁹ terre : et vniuersis
volatilib⁹ celi⁹ adduxit ea
ad adam: vt videret quid vo
caret ea Omne ei quod vo
cauit adam anime viuētis
ipsum est nomen eius. Ap
pellauitq; adam nominib⁹
suis cūcta animāria: et vni
uersa volatilia celi: et omnes
bestias tre. **Lectio secūda.**

A De vero non inuenie
batur adiutor similis
eius. Immisitq; domin⁹ de
us sopores in adam. Lunq;
obdormisset: tulit vnā de co
stis eius: et repleuit carne
pro ea. Et edificauit domi
nus deus costam quaz tute
rat de adam in muliere: et
adduxit eā ad adam. Dixit
q; adam. Hoc nūc os ex os
sibus meis ⁊ et caro de car
ne mea. Hec vocabitur vira
gū: quoniā de viro sumpta ē
Quāobrez relinquet homo
patrē suum et matrē: et ad
heret vixoz sue: et erūt duo
in carne vna. Erat aut vter
q; nud⁹ adam scilicet vxoz
eius ⁊ et non erubescabant.

Sed ⁊ serpens erat calli
dior: cunctis animantib⁹ ter
re: que fecerat dominus de
us. Qui dixit ad mulierem.
Cur precepit vobis de⁹ vt
non comederitis ex omni li

gno paradisi: Qui respon
dit mulier. De fructu ligno
ruz que sunt in paradiso ve
scimur: de fructu vero ligni
quod est in medio paradisi
precepit nobis deus ne cō
ederemus et ne tangerem⁹
illud: ne forte moriamur.
Tu autē. **Lectio tertia.**

Dixit autē serpens ad
mulierē. Neq; mor
te moriemini. Scit enim de
us q; in quocunq; die come
deritis ex eo: aperietur ocu
li vestri: et erit⁹ sicut dii sciē
tes bonum et malum. **U**
dit igitur mulier q; bonum
esset lignum ad vescēdus: et
pulchrum oculis: aspectus
delectabilē: et tulit de fru
ctu illius et comedit: dedit
q; viro suo. Qui comedit: et
aperti sunt oculi am borum
Lunq; cognouissent se esse
nudos consuerūt folia fic⁹ ⁊
et fecerunt sibi perizonata.

Nocte. ij. Lectio prima.
Cum audissent vocē
domini dei deambu
lātis i paradiso ad aurā post
meridiem: abscondit se adā
et vxoz eius a facie domini
dei in medio ligni paradisi.
Vocauitq; dominus deus
adam: et dixit ei. Ubi es:
Qui ait. Vocem tuam do

mine audiuit in paradiso et
timuit eo quod nudus essem: et
abscondi me. Cui dixit dominus.
Quis enim indicauit tibi quod
nudus esses: nisi quod ex ligno
de quo preceperam tibi ne com-
ederes comedisti: Dixitque
ad eam. Mulier quam dedisti mihi
hic focum dedit mihi de ligno
et comedi. Et dixit dominus
deus ad mulierem. Quare hoc
fecisti: Que respondit. Serpens
decepit me: et comedi.
Et dixit dominus ad serpentem.
Quia fecisti hoc: maledictus es
inter omnia animantia: et bestias
terre. Super peccatum tuum gra-
dieris: et terra comedes cunctis
diebus vite tue. Inimicitias
ponam in te et mulierem:
et semem tuum et semem illius.
Ipse proteret caput tuum: et tu
infringaris calcaneo eius. **Le. ij.**

Mulieri quod dixit. Mul-
tiplicabo erunas tuas:
et concepturus tuos. In do-
lore paries filios: et sub viri
potestate eris: et ipse domi-
nabitur tui. Ad eam vero dixit.
Quia audisti vocem uxoris
tue: et comedisti de ligno
ex quo preceperam tibi ne
comederes: maledicta terra
in opere tuo. In laboribus
comedes ex ea cunctis die-
bus vite tue. Spinas et tri-

bulos germinabit tibi: et com-
edes herbas terre. In sudore
revertus tui vesceris pane
tuo: donec reuertaris in ter-
ram de qua sumptus es: quia
pulsus es: et in puluere re-
uertetur. **Lectio tertia.**

Euocauit ad eam nomen
uxoris sue eua: eo quod mi-
seret cunctorum uiuentium. Fe-
cit quoque dominus deus ad eam
et uxorem eius: et sumat etiam
de ligno uite: et comedat: et
uiuat in eternum. Emisit eu-
genem deus de paradiso: uolu-
ptatis: ut operaret terram
de qua sumptus est. Et cecidit
ad eam: et collocauit ante para-
disum voluptatis cherubin: et
flammam gladium atque versa-
tile ad custodiendam uiam li-
gnis uite. **Hocte. iij. Lec. ij.**

Quod dixit dominus ad eam
uxorem suam: quod concepit
et peperit caym dicens. Posse-
di hominem pro deum. Rursus
quod peperit fratrem eius abel.
Fuit autem abel pastor ouium:
et caym agricola. Factus est
autem post multos dies ut of-
ferret caym de fructibus terre

munera dño. Abel q̄q̄ ob-
tulit de pumogenit̄ gregis
suis: de adipib⁹ eor̄. Et re-
spexit dñs ad abel: ⁊ ad mu-
nera eius: ad cayn autem ⁊
ad munera illi⁹ nō respexit.

¶ Gratulq̄ est cayn vehemē-
ter: ⁊ concidit vultus eius.
Dixitq̄ dñs ad eum. Qua-
re iratus es: et cur concidit
facies tua: Nonne si bñ ege-
ris/recipies: Si autē male
statim in foribus pctm̄ ade-
rit. Sed sub te erit appetit⁹
eius: ⁊ tu dñaberis illi⁹. Dix-
itq̄ cayn ad abel fr̄em sup̄
Egrediamur foras. Lunq̄
essent i agro: ⁊ surrexit cayn
aduers⁹ fratrē suum abel: et

¶ Interfecit eū. **¶** Lectō. ij.
¶ T ait domin⁹ ad cayn
Ubi est abel fr̄at tuus: Qui
respōdit. Nescio. Nunq̄d cu-
stos fratris meisū ego: Dix-
itq̄ ad eum. Quid fecisti:
Vox sanguinis fr̄is tui cla-
mat ad me de terra. Nūc igi-
tur maledict⁹ eris sup̄ terrā
q̄ aperuit os suū: ⁊ suscepit
sanguinē fratris tui de ma-
nu tua. Cum operat⁹ fueris
eā nō dabit tibi fruct⁹ suos
Vagus ⁊ profugus eris su-
per terram. **¶** Dixitq̄ cayn
ad dñm. Vbator est iniquitas
mea: ⁊ vt veniā merear. **¶** Ec-

ce ei⁹: me hodie a facie ter-
re: ⁊ a facie tua abscondar: ⁊
ero vagus et profug⁹ i ter-
ra. Dis igit̄ q̄ inuenerit me
occidet me. Dixitq̄ et dñs.
Nequaq̄ ita fiet: s; ois q̄ oc-
ciderit cayn septuplū punie-
tur. Posuitq̄ dñs in cayn si-
gnū: vt nō sterficeret eū ois
q̄ inuenisset eū. **¶** Lectio. iij.

¶ Bressusq̄ cayn a fa-
cie dñi habitauit: p̄fu-
gus in terra: ad orientalem
plagā eden. Lognouit autē
cayn vxorē suam: q̄ cōcepit
et peperit enoch. Et edifica-
uit ciuitatē: ⁊ vocauit nomē
ei⁹ ex nomine filij sui enoch.
Porro enoch genuit yrad.
Et yrad genuit mauahel: ⁊
mauahel gēuit mathusael.
Et mathusael gēuit lamech.
Qui accepit duas vxores.
Nomen vni ada: ⁊ nomen al-
terifella. **¶** Venitq̄ ada
iahel: qui fuit pater habitā-
tium in tensorijs: atq̄ pasto-
rum: et nomen fratris eius
tubal. Ipse fuit pater canē-
tiuz cithara et organo. Sel-
la quoq̄ genuit tubalcain:
q̄ fuit malleator: et faber in
cūcta opa eris et fern. So-
ror vero tubalcain noema.

¶ Hoete. iiii. Lectō. i.
¶ Dixitq̄ lamech vxorē

bus suis ader selle. Audite
vocem meā vxoꝝ lamech
aufcultate sermonē meum.
Quoniam occidi virū in vul
nus meū: et adolefcētulū i li
uorē meū. Septuplū vltio
dabitur de cayn: de lamech
vero septuagies septies.

Cognouit quoq; adhuc
adam vxorē suam et peperit
filium: vocauitq; nomē eius
seth dicēs. Posuit mihi de
us semē aliud pro abel: quē
occidit cayn. Sed et seth na
tus est filius quem vocauit
enos. Ille cepit iuocare no
men dñi. Illic est liber gēa
tionis adam: in die qua crea
uit deus hominē. Ad simili
tudinē dei fecit illū: masculu
lum et feminā creauit eos et
benedixit illis: et vocauit no
men eorum adam in die qua
creati sunt. **Lu. Lectio. ij.**

Uxit autē adam centū
triginta annis: et ge
nuit filiū ad imaginē et simi
litudinem suā: vocauitq; no
mē ei⁹ seth. Et facti sūt dies
adā postq; genuit seth octū
genti anni genuitq; filios et
filias. Et factum est oē tem
pus qđ vixit adā añt nōgēti
triginta: et mortu⁹ est. **U**
xit quoq; seth centū quīq; an
nis: et genuit enos. **U**xitq;

seth postq; genuit enos octū
genū: septē annis: et genuitq;
filios et filias. Et facti sunt
oēs dies seth nōgētorū duo
decim annorū: et mortu⁹ est.
Uxit vero enos nonaginta
ānis: et genuit caynan. Post
cui⁹ ortū vixit octingētis quī
decim annis: et genuit filios
et filias. Facti sunt oēs di
es enos nōgēti quinq; annis:
et mortuus est. **Lectio. iij.**

Uxit quoq; caynan se
ptuaginta ānis: et ge
nuit malalehel. Et vixit cay
nan postq; genuit malale
hel octingētis quadraginta
annis: genuitq; filios et fili
as. Et facti sunt omnes dies
caynan nōgēti decē anni: et
mortu⁹ est. **U**xit autē mala
lehel sexaginta quinq; ānis:
et genuit iared. **U**xit
malalehel postq; genuit ia
red octingētis triginta ānis:
et genuit filios et filias. Et fa
cti sunt oēs dies malalehel
octingēti nonaginta quinq;
anni: et mortu⁹ est. **U**xitq;
iared centū sexaginta duob;
annis: et genuit enoch. Et vi
xit iared postq; genuit enoch
octingēti annis: et genuit
filios et filias. Et facti sunt
oēs dies iared nōgenti sexa
ginta duo anni: et mortu⁹ est

Hoete. v. Lectio prima.

Dixit enoch vixit sexaginta quatuor annis et genuit mathusale. Et ambulauit enoch cum deo. Et vixit enoch postquam genuit mathusale trecentis annis et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies enoch trecentis et sexaginta quatuor annis et non apparuit: quia tulit eum deus. **V**ixit quoque mathusale centum octoginta septem annis et genuit lamech. **V**ixit mathusale postquam genuit lamech septingentis octoginta duobus annis et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies mathusale nonaginta et sexaginta novem annis et mortuus est.

Lectio. ii.

Vixit autem lamech centum octoginta duobus annis et genuit filium et vocauit eum quod nomen eius noe dicens. **I**ste consolabit nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum in terra: cui maledixit dominus. **V**ixit quoque lamech postquam genuit noe quingentis nonaginta quatuor annis et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies lamech septingenti septuaginta septem annis et mortuus est. **H**oc vero cum quingentorum esset annorum genuit sem-

cham et taphet. Lectio. iii.

Quoniam cepissent homines multiplicari super terram et filias procreassent videtes filii dei filias hominum essent pulchre: acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. **D**ixit quoque deus. **N**on permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est. **E**rit quoque dies illi centum viginti annorum. **S**igantes autem erant super terram in diebus illis. **P**ostquam enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illorum genuerunt isti sunt potentes a seculo viri famosi. **V**idens autem deus quod multa malitia hominum esset in terra et cuncta cogitatio cordis in terra esset ad malum omni tempore: penituit enim quod hominem fecisset in terra. **E**t precaues in futurum et tacet dolore cordis in trinitate et delebo quiuit homines quem creauit a facie terre ab homine usque ad animantia a reptilibus usque ad volucres celi. **P**enitet enim me fecisse eos.

Hoete. vi. Lectio prima.

De vero inuenit gratiam coram domino. **I**ste sunt generationes noe. **H**oc vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum deo ambulauit et genuit tres filios sem/ cham et taphet. **L**orrupta est

autē terra corā dñi or̄ reple
ta est iniquitate. ¶ **L**ucyvidi
set de terram esse corruptā
ois quippe caro corruerat
viā suā super terrā: dicit ad
noe. Finis vniuerse carnis
venit corā me. Repleta ē ter
ra iniquitate a facie eorū: et
ego disperdā eos cuz terra.
Fac tibi archā de lignis le
uigatis. Mansiuculasi ar
cha facies: et bitumine lini
es intrinsecus et extrinsecus:
et sic facies eam. **Lectio. ii.**

A recentorū cubitorū
erit longitudo arche
quinquaginta cubitorū lati
tudo: et triginta cubitorū al
titudo illius. Fenestrā in ar
cha facies: et in cubito con
sumabis sumitatē ei⁹. Post
um autē arche pones ex la
tere deorsū. Lenacula ⁊ tri
stega facies in ea. ¶ **E**cce
ego adducā aquas diluuij
sup terrā vt interficiā omnē
carnē in qua spūs vitē ē sub
ter celū: et vniuersa q̄ in ter
ra sunt consumentur. Ponāq̄
fedus meū tecū: et ingredie
ris archā tu ⁊ filij tui ⁊ vxor
tua et vxores filiorum tuo
rum tecum: ⁊ ex cunctis ani
mātib⁹ vniuerse carnis bi
na induces in archā: vt vi
uant tecū masculini sex ⁊ fe

minini. De volucib⁹ iuxta
genus suum: et de iumentis
in genere suo ⁊ ex omni re
ptili terre secundum genus
sui: bina de oibus ingredie
tur tecum: vt possint viuere
¶ **T**olles igit tecū ex oib⁹
escis q̄ mādi possunt: ⁊ com
portabis a pud te: ⁊ erūt taz
tibi ⁊ illis in escā. **Lectio. iij.**

Ecit igitur noe omnia
que p̄ceperat illi de⁹.
Dixitq̄ dominus ad eum.
Ingredere tu et ois domus
tua in archā. Te enī vidi tu
stum coram me in gnatione
hac. ¶ **E**x oibus aiantibus
mūdis tolles septena et se
ptena: masculū ⁊ feminā:
de animātib⁹ vero immū
dis duo et duo masculū ⁊ fe
minā: sed ⁊ de volatilib⁹ ce
li septena et septena mascu
lum et feminā: vt saluetur
semen super faciē vniuerse
terre. Adhuc enī et post di
es septē ego pluam sup ter
rā quadraginta dieb⁹ ⁊ qua
draginta noctib⁹: et delebo
oē substantiā q̄ā feci de
superficie terre. ¶ **Nocte**
vij. Lectio. i. Genes. vij.
Ecit ergo noe oīa q̄
mandauerat ei dñs.
Erātq̄ terceto rū annorum
quādo diluuij aq̄ inundauit

runt sup terrā. Et ingressus est noe et filij eius vxor eius et vxores filiorū eius cū eo in archā: ppter aquas diluuij. **C** De animantib⁹ quoq; mandis et immundis et de volucris et ex oī quod mouetur super terrā duoz duo ingressi sūt ad noe in archā mascul⁹ et femina sicut p̄cep̄erat dñs noe. Quis trāsisset septē dies: aq̄ diluuij in undauerūt sup terrā. **Eccl. ij**

Ano sexcētesimo v̄te primodecimo die mēsis rupti sūt oēs fōtes abyssi magne: et catharacte celi aperte sunt: et facta est pluuia sup terrā q̄dragita dieb⁹ et q̄dragita noctib⁹. In articulo diei illi⁹ ingress⁹ est noe: et sem/et cham/ et iaphet filij ei⁹ vxor illius et vxores filiorū eius cū eis in archam: ipsi et omne aial secundū genus suū/ vni uersaq; iumēta i genere suo et oē quod mouetur sup terram in gñe suo: cunctūq; volatile secundū genus suum.

Uniuerse aues oēs q; volucres ingressę sunt ad noe in archā: bina et bina ex oī carne in qua erat spirit⁹ vite. Et que ingressę sunt masculus et femina ex omni carne

introferunt/ sicut p̄cep̄erat ei deus: et inclusit eum domin⁹ de foris. **Lectio. iij.**

Actū ē diluuiū quod draginta dieb⁹ super terrā: et multiplicatę sūt aq; et eleuauerūt archā in sublimē a terra. Vehementer enī inundauerūt: et oīa repleuerunt in superficie terre. Porro archa ferebatur sup aq̄s et aque p̄ualuerūt nimis sup terrā: operti q; sunt omnes montes excelsi subvntu uerfo celo. Quideci cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Cōsūpta q; est oīs caro que mouebatur super terrā: volucruz animatū/ bestiarū/ omniūq; reptiliū que reptant sup terram. **U**niuersi hoīes et cūcta in quibus spiraculū vite est in terra: mortui sunt. Et deleuit de oēm substantiā q̄ erat super terrā ab hoīe vsq; ad pecus tā reptile q̄ volucres celi: et deleta sunt de terra. Remansit autē solus noe: et q̄ cū eo erant in archa. Obtinueruntq; aq̄ terrā cētumquinquaginta diebus.

Hocte. viij. sc. j. Gen. xij

Recordatus autē dñs noe cūctorūq; animatū et oīm iumentorū q̄ erat

r. j.

cū eo in archa adduxit spiri-
tum sup terrā: et imminute
sunt aque/et clausi sunt fon-
tes abyssi: catharacte celi:
et phibite sunt pluuie de ce-
lo. Reuersęq; sunt aque de
terra euntes et redeuntes: et
ceperunt minui / post centū
quinquaginta dies. Requie-
uitq; archa mēse septimo vi-
cesimo septimo die mēsis su-
per montes armene. ¶ At
vero aque ibant et decresce-
bant vsq; ad decimū mēse
Decimo enī mēse p̄ima die
mēsis appuerūt cacumina
montū. Lūq; trāsissent qua-
dragita dies/aperiēs noe fe-
nestrā arche quā fecerat di-
misit coruū: q̄ egrediebatur
nō reuertebatur donec sicca-
rent aque super terrā. **Ca. ii.**
Quisit quoq; colūbas
post eū: vt videret si iā
cessassent aque super facies
terre. Que cū nō inuenisset
vbi requiesceret pes ei⁹: re-
uersa est ad eum in archam.
Aque enī erāt super vniuer-
sam terrā. Extēditq; manū
suā: et apprehensā intulit in
archā. Expectatq; autē vltra
septē dieb; alijs: rursum di-
misit colūbā ex archa. At il-
lavenit ad eū ad vesperam:
portans ramū oliuę virentis

bus folijs in ore suo. ¶ In-
tellexit ergo noe: q̄ cessassēt
aque super terrā. Expecta-
uitq; nihilominus septē ali-
os dies: et emisit columbā:
que nō reuersa est vltra ad
eū. Igitur sexcentesimo p̄i-
mo anno vite noe: p̄imo mē-
se: p̄ima die mēsis imminu-
te sunt aque super terram.
Et aperiens noe rectum ar-
che aspexit: viditq; q̄ exsic-
cata esset superficies terre.

Mense secūdo septimo vi-
cesimo die mēsis arfacta
est terra. Tu autē. **Lectio. iii.**

Ubi dicitur est autē dñs ad
noe dicens. Egredere
de archa tu et vxor tua filij
tui: vxores filiorū tuorū te-
cum: cūcta animātia q̄ sunt
apud te/ ex omni carne tā in
volatilib; q̄ in bestijs et vni-
uersis reptilib; q̄ reptant
sup terrā educ tecū: et egre-
dimini super terram. Cresci-
te et multiplicamini sup eā.

¶ Egredus est ergo noe et
filij eius et vxor illius et vxo-
res filiorū eius cū eo: sed et
oīa aīantia iumētaz reptilia
q̄ reptāt sup terrā scđm gen⁹
suū: egressa sunt de archa

¶ Hocte. fr. Lectio. p̄ima.

A dificauit autē noe al-
tare dño: et tollens de

cunctis pecoribus et volucris
 b' m' d' s' obrulit olocausa
 sup altare. Odoratulus est
 dñs odore suauitatis? et ait
 ad eū, Nequaquē vltra male
 dicā terre ppter hoies. Sē
 sus enī et cogitatio humani
 cordis in maluz prona sunt
 ab adolescentia sua. **C.** Nō
 igit vltra percutiā oēm ani
 mā viuētē sicut feci. Luctis
 dieb' terre semētis et mellis
 frigus et estus/estas et hyēs/
 nor et dies non requiescent.
 B'ndixitq; deus noe et filiis
 eius? et dixit ad eos. Crescite
 et multiplicamini et replete
 terrā? et terror vester ac tre
 mor sit sup cūcta animalia
 terre et sup omnes volucres
 celi cū vniuersis q; mouētur
 super terrā. **Tu.** **Lectio. ij.**
O mnes pisces maris ma
 nut v're traditi sunt et
 oē qd mouet et viuiterit vo
 bis in cibū. Quasi olera vi
 rentia tradidi vobis oia? ex
 cepto q; carnē euz sanguine
 nō comedetis. Sanguinem
 enī aiaruz vestrarū reqrā de
 manu cūctarū bestiarū et de
 manu hoīs. De manu viri et
 de manu fris ei' reqrā aiaz
 hoīs. Quicūq; effuderit hu
 manū sanguinē? fundet san
 guis illi'. Ad imaginem dei

quippe fact' est hō. **C.** Vos
 autē crescite multiplicamini
 et ingredimini sup terram: et
 implete eā. Hec quoq; dixit
 de' ad noe: et ad filios ei' cū
 eo. Ecce ego statuā pactum
 meū vobiscū et cū semine ve
 stro post vos: et ad oēm aiaz
 viuētē q; est vobiscū tam in
 volucris q; in iumentis et pe
 cudib' tre/cunctisq; q; egres
 sa sunt de archa et vniuersis
 bestiis terre. Statuā pactū
 meū vobiscū? et nequaquē vl
 tra interficietur oimnis ca
 ro aquis diluuii neq; erit de
 inceps diluuium dissipans
 terram. **Tu autē.** **Lectio. iij.**

Dixitq; de'. Hoc est si
 gnum federis qd do
 inter me et vos: et ad omne
 aiam viuētē q; est vobiscū
 in generationes sempitnas.
 Arcus meum ponā in nubib'
 bus celi? et erit signū fede
 ris inter me et inter terram.

C. Quis obduero nubibus
 celum apparet arcus me
 us in nubibus? et recordabor
 federis mei qd pepigi vobis
 cum? et cum oī aia viuente
 que carnē vegetat: et nō erūt
 vltra aque diluuii ad velen
 dā vniuersam carnē. Et qz
 arcus meus in nubib' et vi
 debo illum? et recordabor fe
 deris mei.

deris sempiterni: quod pactum est inter deum omnem animam viuente uniuerse carnis que est super terram. Dixitque dominus ad noe. Hoc est signum federtis quod constitui in me et omnem carnem super terram.

Hoc. x. Lectio prima.

Egressi sunt de archa sem/ cham/ et iaphet. Porro cham ipse est pater chanaan. Tres isti sunt filii noe: et ab his disseminatum est omne genus hominum super uniuersam terram. Lepitque noe uir agricola exercere terram: et plantauit uinea. Bibesque uinum inebriatus est: et nudatus iacuit in tabernaculo suo.

Quod cum uidisset cham pater chanaan uerenda scilicet patris sui esse nudata: nunciavit duobus fratribus suis sororas. At Noe sem/ et iaphet palium imposuerunt humeris suis: et incedentes retrorsum: operuerunt uerenda patris sui. Faciesque eorum auersa erant: et patris uirilia non uiderunt. Tu.

Lectio. ii.

Eugilas autem noe ex uino: cum didicisset que fecerat ei filii sui minor/ ait. Maldicus chanaan: seruus seruo/ erit fratribus suis. Dixitque. Benedictus dominus deus sem/ sit chanaan seruus eius.

Dilatet deus iaphet/ et habitet in tabernaculis suis: seruus chanaan seruus eius. Dixit autem noe post diluuium trecentis quinquaginta annis: et impleti sunt omnes dies eius/ et mortuus est. Iste sunt generationes filio/um noe: sem/ cham/ et iaphet. Natique sunt eis filii post diluuium. Filii iaphet: gomere/ magog/ et madai/ et iauan/ et tubal/ et mosoch/ et tyras. Porro filii gomere: assenues/ et riphat/ et thogorma. Filii autem iauan helisaf/ tharhis/ cethim/ et dodaim. Ab his diuise sunt insule gentium in regionibus suis: unusquisque secundum linguam suam/ et familias suas in nationibus suis. **Lectio. iii.**

Egressi autem cham: chus/ et mesraim/ et phuth/ et chanaan. Filii autem chus: saba/ eiula/ et sabatha/ et regma/ et sabathaca. Filii regina: saba/ et dadan. Porro chus genuit nenroth. Ipse cepit esse potens in terra: et erat robustus uenator coram domino. Ab hoc exiit puer bibli. Quasi nenroth robustus uenator coram domino. **F**uit autem principium regni eius babilon/ et arach/ et archad/ et calane: in terra senaar. De terra il-

la egressus est assur: et edifi-
cauit ninuen et plateas ciui-
tatis: et chale: resen quoq; i-
ter ninuen et chale. Hec e-
ciuitas magna. At de mes-
saim genuit ludim et anamim
et laabum: et neptuum et phe-
trusim et cessum: de quibus
egressi sunt philistim et ca-
phturim. **Hoete. xi. Lect. i.**

Qhanaam aut genuit
sydone primogenituz
suir: et theu et iebuseu et amor-
reu et gergeseu et eueu et ara-
cheu et cineu et aradiu: samari-
then et amatheu. Et p hos
disseminati sunt populi cha-
naneoru. **Factioz sunt ter-
mini chanaa uenientib; a sy-
done iterara usq; gazam: do-
nec ingrediaris iodomā: et
gomorā: et adamā et sebo-
im usq; iesa. Ibi sūt filij chaz-
im cognationibus et linguis
et generationib;: terrisq; et
gentibus suis. Lectio scda.**

De sem quoq; nati sūt
patres omnium filioz
heber: fratre iaphet maiore
filij sem: helam et assur et ar-
faxat lud et aram. Filij arā:
hus et hul et gether et mes
At de arfaxat genuit sale:
de quo ortus est heber. Na-
tioz sunt heber filij duo. Ho-
merini phaleg: eo q; in die-

bus ei; diuisa sit terra: et no-
mē fratris eius lectan. Qui
lectan genuit elmodad: et sa-
leph: et assarmoth: iare et ad-
rā: et isal: et deda et hebal et
abimabel: saba et tophir: euf-
lar: et iobab. **Dines isti filij le-
ctan. Et facta est habita-
tio eoz: de messa p gēibus
usq; sephar montē orientale.**
Isti sunt filij sem: secunduz
cognationes et linguas et re-
gides in gentib; suis. Ibe fa-
mille noe: iuxta pplos et na-
tiones suas. Ab his diuise
sunt gentes in terra post di-
lunium. **Lectio tertia.**

Erat aut fra labij vni;
et sermonū eoz undez
Lunq; pficiscerent de oriente:
inuenerunt capū in terra
sennaar: et habitauerūt i co-
dix: et alter ad proximum
suū. Venite faciamus late-
res: et coquam; eos igni. Iba-
buerūtq; lateres pro faxis;
et bitumen pro cemento: et
dixerunt. Venite faciamus
nobis ciuitatem: et turrem
cuius culmen pertingat us-
q; ad celū: et celebrem; no-
mē nrm anq; diuidamur in
vniuersas terras. **Descen-
dit autē dñs vroideret ciuit-
tatē et turrem quā edifica-
bāt filij adam: et dixit. Ecce**
r. lii.

vnus populus: vnus est labium oribus. **E**peritque hoc facere: nec desisteret a cogitationibus suis: donec eas opere compleat. **V**enite igitur descendam et confundam ibi linguam eorum: ut non audiat vnus quoscumque vocem proximi sui. **A**tque ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras: et cessauerunt edificare ciuitatem. **E**t idcirco vocatur est nomen loci illius babilon: quia ibi confusum est labium vniuersę terre. **E**t tunc dispexit eos dominus super faciem cunctarum regionum.

Roche. xij. Lectio prima.

Hę sunt generationes sem. **S**em erat cętū annorum quęn genuit arfaxat: biennio post diluuium. **A**lxitque sem postquam genuit arfaxat quęntis annis: et genuit filios et filias. **P**orro arfaxat vixit triginta quęntis annis: et genuit sale. **A**lxitque arfaxat postquam genuit sale trecentis tribus annis: et genuit filios et filias.

Sale quoque vixit triginta annis: et genuit heber. **A**lxitque sale postquam genuit heber quadringentis tribus annis: et genuit filios et filias. **A**lxit autem heber triginta quatuor annis: et genuit phalech. **E**t vixit heber postquam genuit phalech quędringentis triginta

annis: et genuit filios et filias.

Alxit quoque phalech triginta annis: et genuit reu. **A**lxitque phalech postquam genuit reu ducentis nouem annis: et genuit filios et filias. **A**lxit autem reu triginta quęntis annis: et genuit saruch. **A**lxitque reu postquam genuit saruch: ducęntis septē annis: et genuit filios et filias. **A**lxit autem saruch triginta annis: et genuit nachor. **A**lxitque saruch postquam genuit nachor: ducęntis annis: et genuit filios et filias. **A**lxit autem nachor viginti nouę annis: et genuit thare. **A**lxitque nachor postquam genuit thare cętū de cęntis nouę annis: et genuit filios et filias. **A**lxitque thare septuaginta annis: et genuit abram et nachor et aram.

Hę sunt autem generationes thare. **T**hare genuit abram nachor: et aram. **P**orro abram genuit loth. **A**lportuusque est abram cum thare: et natiuitatis sue in hurcaldeoy. **D**uxerunt autem abram et nachor vxores. **N**omen vxoris abram: sarai. **E**t nomen vxoris nachor: melcha filia aram fratris melche et patris iesche. **E**rat autem sarai sterilis: nec habebat filios. **T**u

lit itaq; thare abā filiū suū
 ⁊ loth filiū arā filiū filij sui
 et sarai nurum suam vxores
 abrahā filij sui: ⁊ eduxit eos
 de hur chaldeorum vt irent
 in terrā chanaan. Uenerūt
 q̄ vsq; aram: et habitauerūt
 ibi. Et facti sunt dies thare
 ducentorū quinq; annorū:
 et mortuus est in aran.

Nocte. xij. Lectio prima

Dixit autē dñs ad abā
 Egredere de tra tua
 et de cognatione tua: et de
 domo patris tui: et veni in
 terram quam monstrauero
 tibi. Faciamq; te in gentem
 magnam: et benedicam tibi
 et magnificabo nomen tuū:
 et vsq; benedictus. Benedi-
 cam benedicientibus tibi: et
 maledicam maledicētib; ti-
 bi: atq; in te benedicentur
 vniuersę cognationes ter-
 re. Egredius est itaq; abā si-
 cut p̄ceperat et dñs: et inuit
 cum eo loth. **S**eptuagin-
 taquinq; annorū erat abā:
 cū egrederetur de aran. Tu-
 litq; sarai vxorē suam ⁊ loth
 filius fratris sui: vniuersęq;
 substantiā quas possederāt
 et animas quas fecerant in
